amplitudinē et latitudinē vniuersi et sicut infulciētia in plures ꝓfunditatē ⁊ receptibilitatē siue capacitatē eiusdē. Sic igr ymaginare creatorē in vniuerso sicut lumē radiantissimū ⁊ sicut similiter ymaginare eē vniuersū sic circūfulgētiā ipius ⁊ radiositatē ⁊ lumiositatē quandā ipi⁹ expensam in oib⁹ ⁊ p oia. Sicut igr̄ ea q̄ lucerēt si sola lux solis eēt. suum lucē nō deberēt nisi illi. Sic q̄cunq; sunt nō debēt suū eē nisi creatori ⁊ hoc incō pabiliter ampli⁹ q̄z lucētia debere possent. suū lucere luci solari. Causa autē vna ē in hoc qm̄ lux solarī elōgatione h₃ ex necessitate ⁊ ꝓpinqtatē ad illuminabilia sua ⁊ corpales₃ seu localē. Creator vero vnicuiq; creatorī ꝓxim⁹ ē ac presentissim⁹. imo etiā īum⁹ ⁊ hoc appere tibi pōt p abstractionē siue spoliationē cōditionū oim at₃ formarū accidentaliu₃ et substancialiū. Cū ei ab vnoquoq; creatorū oia hec abstraxerīs vltimū oim inuenietur eē vel entitas ⁊ ꝓpter hoc datori ipius verbi grā. Cu₃ socratē spoliauerīs a forma sua singulari q̄ ē socrates ⁊ a specifica q̄ ē hō ⁊ a generalib⁹ qb⁹ ē animal corp⁹ substancia. adhuc remanebit ens. qua ꝓpter remanebit ei eē suū ⁊ entitas q̄si intimu₃ indumentum ipius ⁊ velut in cerula q̄ primo induit ipm creatorī ei cū ipm eē et entitatē ei detraxeris erunt ei detracte omnes cause eēndi ⁊ adminicula excepto solo creatore. Quare manifestū ē q̄ oim adminiculorū adiumentorū essendi. Pmū ē creator et intimū. hec autē oia idarco scripsi tibi hic vt erigā te quo quō ad ymaginandū sublimitatē creatorī cui⁹ ꝯpleta cognitio beatitudo ē ⁊ glia ꝟtutī itellectiue nr̄e Ja igr̄ adhuc deduxi te p vias ꝓbationū ⁊ declarationū vt certū sit tibi inter corpa et corpalia p̄mo creata eē celū et terra₃. Et q: narratio ꝓphetica q̄ dixit sanct⁹ ⁊ sapiens in s̄mone suo. In principio creauit deus celū et terrā cōclusio ē aggregata ei tribus ꝯclusionib⁹ vel q̄ttuor in scientijs diuinalib⁹ ⁊ naturalib⁹ declaratī ac demōstratī ⁊ feci tibi rememorationē quorūda₃ ex declarationibus huiusmodi q̄le opus fuit et decuit hic fieri.

Estāt adhuc q̄stiōes de celo i prin
r cipto creato qd vel qō illud sit. v₃
an totū q̄ ē a luna supra int̄ intimam celi lunarī supficiē ⁊ extremā siue extimatū supficiē celi q̄ greci applanon nomināt. an sit aliud celū supeminēs huic toti de quo soli sapiētes xp̄ianorū loquunt̄ ⁊ greco noīe vocāt illud empireū hoc ē valde igneū nō a vehementia ardoris vt ipsimet dicūt. Sed a supeminētia splendoris Stabilire ante eē istu⁹ celi nō ē locus hic. quinpotius in sequētib⁹ vbi nūerabo tibi ptes ⁊ declarabo vniuersi corporei seu corporalis. Hic igr̄ supposito in terim valʒ q̄ sit celū p̄ter celos noiatos a phylosophis lōge supeminens illis. nō tā altitudine locali q̄z etiā nobilitate. Relinqt̄ ꝑscrutādū vtrū subito an ptes celū illud et terra creata sint ⁊ vtrū aliq̄ alia sint simul creata cū eis. hoc ē eodē die vl hora vl̄ puncto temporis ⁊ q̄ et quot sint illa q̄ simul cu₃ ipsis creata sint. Dico igr̄ si nō essent inter celū et terrā creata aliq̄ corpa vel aliqō vnū cū solum corpus. locū implere possibile sit ex necessitate inter celū et terrā esset vacuum Jam autē didicisti alibi ⁊ etiā ī p̄cedētib⁹ et etiā declaratū ē tibi p me vacuū eē non posse ⁊ facile ē tibi ex illis q̄ p̄misi tibi in h̄ tractatu circa vacuū ondere. q: si vacuū esset inter p̄dictū celū ⁊ t̄rā illa hora et necessitate celū terre ꝯiguū eēt ei oī pte cū vacuum distantiā facere nō possit sicut iam dixisti. Sequeref etiā et hoc q̄ intima supficie celi q̄ ē cōcauitas eius eēt equalis extime seu extreme superficiei terre que est p modū eundē cō nexitas ipius. Amplius. elongatio quo mō ē inter celum et terram esset facta. aut per motum localem celi aut per inspissationem aut densationem eius. Utrūq; autem est impossibile manifeste. Sic enim fuisset celum sic motum localiter in omnē partem motu insursum videlicet vt superius emisperiū motum fuisset in suū sursum et inferius similiter in suum sursum quod est inferius ad nos similitū facta eēt ex necessitate scissura iter duo illa emisperia et abruptū esset alterum ab altero. Eodem autem modo necesse esset et de alijs partibus quare totū celū scissū eēt in duas ptes et totaliter laceratu₃. Qz si superius emisperiu₃ motū fuisset in sursum et per hanc viam elongatum a terra inferius autem emisperium quasi tractu₃ ab ipo ex necessitate appropinquasset terre et fuisset motum motu indeorsu₃ videlicet ad terrā. ⁊ ita due partes celi fuissent moto contrarijs motibus. hoc autem impossibile est. cū natura vna sit duo₂ emisperiorum. motus enim contrarij manifeste sunt mot⁹ a terra et motus ad terram.

Necesse igitur erit fm hanc positionem p inspissitatem corporeitatis celi factã fuisse istã elongationem. Quare substancia celi erit rare factibilis et densabilis. Nõ ẽ aũt opus vt ↄtra quãlibet opinionẽ disputet̃ ↄ̃sertim cũ adeo manifeste falsitatis sint vt incõuenientia que ex ea sequũtur. quilibz est parui intellectus facile videatur. Inutiliter quippe data fuissz celo ab initio subtilitas et raritas substãcie siue corporeitatis sue. si tam cito oportebat ipam mutari in contrariã dispositionem. Sequit̃ etiaz ex hoc ipm creatorem ignorasse mensurã operis sui vel de industria errasse. Si em̃ ↄ̃sciuit magnitudinem in qua debebat eẽ et remanere celũ. cur ab initio illam eidez nõ dedit. Nullus enĩz artificũ apud nos adeo imperitus est adeo ne parũ sollicit⁹ operis sui vt scienter in eo faciat aliqd ꝙ statim oporteat eũ destruere vel corruere Si ṽo non ↄ̃sciuit mensurã operis sui necessario fuit vel erroneus vel ignorans in eodem. hoc aũt. id est tantus defect⁹. nec in mediocriter perit⁹ apd nos artificib⁹ inuenitur. Sermo igr̃ iste manifeste erroneus est. Patefactũ igr̃ est tibi qua de causa inter celũ ṗmo creatũ ⁊ terram necessario fuit creatũ cũ illis vel vnũ vel plura. Qui autẽ dicunt vltra celũ qd nominãt applanõ nihil esse corporeũ vel corporale ⁊ ponunt illud c[illegible]ũ ṗmuz qui et nouem celos hoc est totũ ꝙ est inter celum lunare ⁊ applanõ vocant quãdoqz celũ et Aristotel. interdũ dicit totũ illud esse vnũ continuũ Isti ergo ponunt inter illud celum ⁊ terrã quattuor elementa modo esse et quandam ex eis materiã quattuor elementoꝝ creatam fuisse ab initio velut massa in quandã cõfusam. Reuolutionem aũt celi calefactã ⁊ exsiccatã et subtiliatã superiorem partẽ ipius et sit generatũ ignem elementũ ⁊ eẽ cõtiguũ celo lunari. Secundã ṽo eiusdẽ materie partem dicunt eodem motu celi subtiliatam quidem et calefactam eodez motu celesti nõ autem exsiccatã ⁊ ideo remansisse humidam et sic ex illa generatuz esse aera. Tercia ṽo ꝓpter maiorem elongationem a motu minus qdem subtiliatam ⁊ omnino non calefactam et ꝓpter hoc generatã esse ex ea aquã elementũ. Terram ea grossicie substãcie in qua ẽ in q̃ insinuat narratio illa ꝓphetica quã premisi tibi vel residisse vel in fundo mundi isti⁹ sublunaris tanq̃ fecem omniũ elementoruz et sic generatũ esse per separationem partiũ subtilioꝝ atqz nobilioꝝ a cõmuni massa. Isti igr̃ si volũt intelligere sermonez ꝓpheticuz antedictũ necesse habet ponere ꝙ in principio creauit deus celum ⁊ terrã id ẽ massam illam materiaz quattuor elementoꝝ et omniũ alioꝝ generabilium in mundo isto nature ↄ̃sertim cũ ipi ponant generationes omnes q̃ hic fiũt fieri p motũ celoꝝ quẽadmodũ formationẽ vasoꝝ fictiliũ p reuolutionẽ rote figuli. Cum igr̃ deũ ponãt omniũ formabiliũ istoꝝ factorem et velut figulũ. Rotã ṽo celi ponat ei instrumentũ p qd oia ista format aut generat necesse habẽt intelligere vt oĩa qd oĩa tat. In ṗncipio creauit deus celũ et terraz tanq̃ vniuersoꝝ figulus rotam et limuz.

Manifestũ em̃ est de figulo quia in ṗmis habet prouidere sibi de rota et limo anteq̃ procedere possit ad formationẽ cuiuscunq̃ vasoꝝ q̃ per rotã de limo formatarus est. Est igitur rota celi sub pedibus creatoris. hoc est sub beneplacito eius vt voluat eam pro vt requirit formatio vasorum. quemadmodũ rota figuli sub pedibus eiusdem. Et materia illa atqz ipsa elementa ex illa generata in voluntate eius quemadmodũ lutum obedientissimuz in manib⁹ figuli. et huic sermoni cõcordare videntur aliqui sermones prophetarum. Verũ difficile est eis sermones ꝓphetarũ qui sequuntur isti intellectui suo cõuenienter aptare pro eo ꝙ omnia elementa sub celo esse ponunt. et per celum vt ṗdixi generata fuisse et ita nihil aque esse vltra lunam quoniã nec vltra aera. Sermo ṽo ꝓpheticus videtur ponere totũ celum antedictũ. id ẽ nouẽ celos creatos fuisse in medio aquaꝝ ⁊ medietatẽ aquarũ sup celos esse et remansisse. Celã ṽo q̃si natare sub aquis illis et super aquas inferiores. Causa aũt que eos ad hoc induxit vna videt̃ eẽ contrarietas quã opinati sunt esse inter celũ istud et terram. Terra autem omniũ corpoꝝ imobilissima est fm totum partes enim eius multe fm totum mouentur. Sicut vna gleba vel vn⁹ mons quemadmodum apparet in terremotu. Celum vero mobilissimum omnium corporũ que mota sunt nobis. Quare sicut illa infima ita illud supremũ. Alia autem causa quoniã quies et motus cõtraria sũt. locus ṽo medius in spera mũdi. q ⁊ infim⁹ ẽ loc⁹ ẽ ges ti. ꝓp⁹ ⁊ ꝓpt hãc causã dat⁹ ẽ t̃re naturalit̃

Sicut et quies data est ei solū scđm totū. Quare motus locus ꝓprius erit extrem⁹ siue suprem⁹. hoc igit̄ celū qđ ē mobilissimū oīm supremū naturalit̄ obtinet locū. Modis enī omnibus eis visum ē. vt sicut infima mundi pars. id ē terra sm̄ totū ꝑpetuo tota quiescit. ita vltima pars mūdi siue extima tota perpetuo moueat̄. In sequentib⁹ autē satisfaciā tibi de hoc. ⁊ declarabo celum aliud eē quod est omniū celorū vltimū ac supmū. cui nec ē motus nec inquietudo aliqua. imo ē perpetua stabilitate quietū atq̄ firmatū. Qđ si qui sic ponunt ponāt celos. nō alia de causa moueri nisi ꝓpter generationē seu formationē generabiliū sicut dicunt de rota figuli nō erit nature motus huiusmodi sed obediētie dei altissimi cessatur⁹ ex necessitate cū cessabunt generatio et corruptio q̄s eē cessaturas suo loco patefaciā tibi ꝑ vias ꝓbationū si deus voluerit et etiā ipos motus celoꝝ cessaturos.

Stabilitio decimi celi qđ empireū vocatur et stabilitatis atq̄ quietis ipius

Et quoniā ꝓpheta tanto credidit. e primum gens hebreoꝝ inducta signis et mirabilibus in qbus missus est vt ei crederet ab ipis et per que etiam humiliato rege egyptioꝝ. ⁊ flagellata egypto flagellis. qbus nec dij egyptioꝝ resistere poterunt populū hebreoꝝ a seruitute egypcia liberaret. gens etiam xpianorū nō enī minus eidē ꝓphete credit. quin etiam magnificentius atq̄ sublimi⁹ ꝺ eo sentit et sermones eius. Sicut et vere sūt sermones reputat dei. ⁊ nephas eē cōtradicere eis ꝓpterq̄r tibi narrationes eiusdē ꝓphete et declarabo veritatē in quā lex vtraq̄ consentit. Dico igr̄ q̄ celū vltimū vt p̄dixi est vltra nouem notos ac nominatos celos supereminens eis distantia multa et est istud celum habitatio substanciarū q̄ vocātur angeli sancti et terra ei⁹ non ē contrariū sm̄ totū s3 scđm mediū sūt qđ nominant infernū. Quēadmodū enim infernus locus ē pure ⁊ maxime ⁊ solu⁹ miserie. Sic celū illud locus ē pure ac maxime soliusq̄ felicitatis. Manifestū est autē tibi per se q2 indigētia est pars miserie q̄re manifestū ē in loco illo nihil eē indigētie sicut nihil miserie. Motus autē oīs ꝓpter indigentiā ē ⁊ si fuerit localis erit ꝓpter indigentiā. loci aut situs q̄ per motū querit̄. Quare apud celū illud omnino impossibile ē esse motū. Qđ si dixerit q̄s q2 habitatores celi illi⁹ seorsum sunt ab omni indigētia nō autē ipm celū ⁊ ꝓpter hoc mouet̄ q2 ipm idiget renouatiōe situū in partib⁹ suis nō in se totū. vel q2 mot⁹ ipe ꝑfectio ei⁹ ē. Dico quoniā sermo ipe erroneus ē p̄mū q2 motu isto ⁊ si acqrunt̄ noui situs ptib⁹ celi ꝯtinue sic auferunt̄ ⁊ cōtinue per eundē motū eisdē. pars enī q̄ motu venit ad hūc situ videlicet vt supemineret verticib⁹ nr̄is. eodē motu rapit̄ ⁊ depellitur ab eodē situ ⁊ ad hūc modū se h3 de singulis ptib⁹ celi illi⁹. Quare q̄cq̄d acquiritur de situbus partib⁹ celi per motū illū circularē totū aufertur eidē per ipsum Quicquid igit̄ confert eis in parte ista aufert eisdem. Idem est igitur ac si nihil per huiusmodi motū eis acquireretur. Quare omnino est eis superfluus et inutilis huiusmodi motus. Amplius. Si virtus illa siue anima siue sit alia ꝓpter hoc querit vel amat motum eidem vt partes eius situs illos acquirant ergo ꝓpter contrariū debet et quietere et efficere motū contrariū. Quia igit̄ per huiusmodi ammittunt sic acq̄sitos situs. debet virtus illa ꝓhibere motum auferentem eosdem situs quare non magis mouebit virtus illa celum q̄ quietabit. Amplius. Aut appetit celum situs illos propter se aut propter aliud. Si ꝓpter seipos quiescet igitur illis acquisitis. quoniā ꝯpletum erit desideriū eius in pte ista. Quare sicut sp mouet̄ ita sp quiescet ex necessitate. Cum semper obtineat situs quos per motū acquirit. hoc autem est dicere quia in omni hora ⁊ omni pūcto obtinet situs in ptib⁹ suis ad q̄s ꝑ motū venit. Qđ si dixerit q̄s ꝓpter aliud querit situs huiusmodi partib⁹ suis celū q̄ propter ipos. Dico quoniam aut acq̄situs illis acquirit illud aut nō. Si sic cessat igitur motus acquisitis situbus illis. omis enim motus cessat acquisito fine q̄ ꝑ ipm intendebatur. Si autem non acq̄rit illud vel obtinet acq̄sitis sitib⁹ huiusmōi. Frustra igitur intendit situs illos ꝓpter illud. Insuper et errones est eius intentio q̄ intendit per situs huiusmodi acquirere. qđ non obtinet eis obtentis. Si vero dixerit quia motus est perfectio quā intēdit ipm celum. Sequitur hunc sermonē q̄ omnium perfectibiliū ipm vili⁹ sit et hoc multi⁹ vns ꝑrimū qm̄ ꝑfectibili⁹ iferiorib⁹ id ē q̄ sūt in mūdo nature mot⁹ via ē ad ꝑfectionē.

Nulli autem ē pfectio vilior: q̄z via sine fi-
ne in q̄ntū via est. Quare perfectio celi f̄m
hoc erit vilior: om̄i perfectione cuiuscunq̄z
alterius perfectibilis. Secūdo quia cū in-
terrogati fuerint ꝑpt̄ quid moueat̄ celū
nō habent quid respondeāt. aut enim mo
uetur propter motū et ita mouetur vt mo
ueatur et ita erit motus causa suipsius. q̄
ē manifestū impossibile. aut respondebūt
quia mouetur ꝑpter aliud. et tunc nō est
mot⁹ perfectio illa quā q̄rit. sed illud aliud
qd̄ per motū querit ꝛ ꝑpter quod moueṫ
Non potest igiṫ respondere ad hanc ques-
tionem ꝑpter quid mouetur celum.

Amplius. aut moueṫ ꝑpter aliqd aut
nō. q̄ si mouetur ꝑpter aliquid ergo pro
pter motū vel ꝑpter aliud. Jam aūt vtrū
q̄z destruxi tibi et ostendi. quia nec ꝑpter
aliud. Relinqtur igiṫ ipm̄ moueri ꝑpter
nihil. id ē nullo fine. quare nullo fructu vl̄
vtilitate. frustra igitur et vane mouetur.

Amp̄. Si motus est totus finis quem
intendit aut intendit huiusmodi finem p
viam aliquā aut nō. Si intendit eū per vi
am aliquā. via autem per quā venitur ad
quemcunq̄z finem non est nisi motus. aut
mutatio aliqua. quare per motum inten-
dit motum. et per motū nō potest intēde-
re eundem motum. tunc enim idem eēt fi-
nis sibipsi et via ad seipm̄. Quare prius et
posterius maiusq̄z ꝛ minus seipso. Cū om
nis finis et maior et melior et prior sit via
sua. hoc est que ducit ad illū. Si vō intē
dit motū istum per aliū erit eadē questio
de illo alio. et ibi res in infinitum. Am-
pli⁹. si mot⁹ iste est finis vel perfectio quā
intendit celū vltimū ergo eo acquisito de
bet quiescere. Quia igitur semp̄ hz hūc fi
nem. semper debet quiescere. Ampli⁹
Motus ē dispositio nō permanēs in par-
tibus suis. imo ē iugiter fluens ꝛ nihil ei⁹
totū simul ē nec possibile est aliqd illi⁹ sta
re vl̄ retineri. Quare si motus ē perfectio
celi illius vel finis perfectionem intēdit et
querit. quā retinere nō potest et que ex ne
cessitate tota elabitur. ita vt nihil eius reti
neri possibile sit. Quis autem error intol-
lerabilior inueniri potest. q̄z perfectionem
querere que semp̄ sit in defectu et finē in
quo quiescere impossibile ē. Amp̄. au
tem celū istud intendit omnes reuolutio-
nes suas que future sūt ei. aut intēdit vnā
earū aut quasdā. Si omnes impossibile
igiṫ ē desideriū eius adimpleri. cū impos

sibile sit oēs reuolutiones cōsumari scd̄m
eū positionē eoꝝ nec numerus ē nec finis
reuolutionū celestiū. quare nec consuma
tio. Amp̄. scd̄m hoc finis desiderii istī-
us quo moueṫ celū infinitus ē ꝛ infinibil.
et ꝑpter hoc desideriū eius ē inadimple-
bile. Quemadmodū si aliqs intēderet co
gitare pecuniam infinitam. stulto deside-
rio duceretur et erronea intentiōe. si pecu
niam infinitam ipsum habere impossibile
eēt. Si vō intendit vel vnā aliquā vel ali-
quas determiate illis igiṫ expleṫ quiescet
Ampli⁹. totus motus p̄teritus iā dis
periit et abscessit in nihilū ergo quasi me-
dietatē sue pfectionis amisit. Quare rema
net impfectū celū istud. q̄ntū ad hoc q̄ eā
omnino non ē pfectio alio: esse nō potest.
Si igitur est perfectū celum hmōi pfectio
ne videlicet que ē motus solo motu futu-
ro perfectū est. Si ille etiā fiṫ oīno nō ē q̄
re non ē pfectū celū hmōi perfectione nisi
per id qd̄ nō ē Amp̄. Nihil ē motu de
ficientius cum eius eē non sit nisi deficere
Quare nihil ē perfectioni ineptius. Qua-
liter igiṫ perficit celum qd̄ manifestū est in
ter corpora eē pfectissimū f̄m eos. Am
plius. Anima illa q̄ mouet celū f̄m istos
intendit ei acqrere in partib⁹ suis q̄sdam
potest alios vt qd ergo nō retinet illos cū
acquisierit illos. Amp̄. nō min⁹ inten-
dit huiusmōi anima trāsferre partes celi
a sitibus quos ei acqrit. q̄z adducere illas
ad ipos. Non min⁹ igiṫ intēdit auferre il
li situs illos q̄z cōferre. Quare nō minus
intendit perficere celū q̄ntū ad hoc q̄z pfe-
ctiones eidem auferre. Amp̄. sicut idē
motus rectus ē accessus ad vnū locū et re
cessus ab alio. Sic motus iste circular̄ p
tium celi simul est acqsitio nouorū situū
et amissio quorundā aliorū equalentium
videlicet eorum quos obtinent nunc par
tes ille. Quare non plus ē perfectio q̄z de
fectio. Amplius. q̄ vtilitas ē partib⁹ ce
li in acquisitione nouorū situū. quos obti
nebunt post p̄sens nunc. Cum em̄ nō meli
ores sint q̄z hij quos nunc obtinent nullo
modo rū est eis vtilis acqsitio eoꝝ. Quare
inutilis ē vel celo vel partibus eius mot⁹
huius. Amp̄. aut meliores sunt qdam
de hmōi sitib⁹ partib⁹ celi q̄m alii aliquo
mō aut nō. Si meliores. debēt igiṫ partes
celi diutius in illis eē. q̄z in aliis. hoc autē
nō ē verū. cū motus celi cōtinuus sit ꝛ eq̄-
lis. Q: si nullo mō meliores sunt quidē

corum aliqbus ex aliis. In nullo igr̃ pro
dest eis mutare eos quod autẽ nullo mo
do:ũ pdest omino vel nocuũ ẽ vel vanũ
Quare mutatio situũ siue motus ẽ omni
no vel nocua celo vel ptibus suis vel inuti
lis ⁊ frustra. Amp̃. si ois situs sunt eq̃
boni celo ⁊ ptibus eius ergo cũ deserit q̃s
daz et acqrit alios eque bonos amittũt
sunt illi quos acqrit. pide igitur ẽ ac si nõ
acqreret. q̃re frustra laborat in acqrendo
Amp̃. si pficitur in acqrendo necesse est
vt depficiatur amittẽdo eq̃ bonos Si eñ
acquisitio nouo: est pfectio eiusdẽ necesse
ẽ vt ammissio co: sit amissio pfectiõis.

Q: celũ extremũ siue sup:emũ neccẽ ẽ
esse quietissimũ.

Et igitur ois agregaui hic vt pate
b facerẽ tibi q: motus nõ potest eẽ
pfectio Et qm̃ quies atz stabilitas
dignio: est eẽ pfectio eiusdẽ vel comes p-
fectiõis quin pfectio hec finis ẽ in quo q-
escit vnũquodqz Motus eñ frustra ẽ vbi
nec indigẽtia nec impfectio ẽ. Manife
stum etiã est. q: natura nõ mouet nisi ad
id in quo genbile intẽdit subiectũ quod
mouet et ppter hoc diffinit ab Aristotile
pncipiũ motus ⁊ quiens per se mobilis ⁊
cetera. quia etiã si vera eẽt positio eorum
motus celi nõ esset per se celi. sed partiuz
eiusdẽ. et hoc est qm̃ cuius est finis eiusdẽ
est ⁊ motus. Quia igitur finis ⁊ perfectio
huiusmodi motus valet renouatio situ-
um est partiũ ipius celi per se erit ⁊ mot⁹
celi earuz p se cũ renouatio situũ sit finis
⁊ perfectio. Econtrario aũt didicisti ⁊ dici
consueuit a philozophis. Celũ igitur ex-
tremũ seu sup:emũ necesse ẽ esse quietissi
mũ ppt vltimitatẽ elõgatiõis sue ab im
perfectione ⁊ indigẽtia. Amp̃. qualiter
creato: puidisset terre de loco genis ppe-
tueqz stabilitatis. et nõ potius celo maxi
me vltimo sed reliqsset eum in inquietu-
dine ⁊ in instabilitate pśertim cũ post ra
tionẽ vniuersalem futurã quã omis lex p-
mittit ibi colocandi fuit oẽs quib⁹ boni-
tas creatoris pparauit felicitatẽ eternã et
quos elegit ad illã. Non eñ posset ibi esse
eis felicitas nisi eo: habitatio iam inge-
ta vertigine continue volueref. Mot⁹ qp
pe vltimi celi esset omni tempestate rapi-
dio: quia ⁊ õ quolibet alio: celorum hoc
manifestũ est. De ratione vo mortuoruz
licit omnis lex eã supponat certitudinẽ tn̄
bi fecit loco suo. videlicet in capitulo õ re-
nouatione vniuersi.

De ordine siue positione empirrei celi
ad alia corpora.

Vis igr̃ ita determinat. ⁊ posit. vi
b dilicet q: celum p:imuz creatũ qui
etissimũ sit i extremo ⁊ sup̃mo vni-
uersi corporei seu corpalis terra vo ex op-
posito. dico quia consequẽs est vt celũ qđ
est in vltimitate mobilitatis sit in equali
distantia ab illis duobus. hoc ẽ dicere in
medio eorũ. Sicut narrat smo pphetic⁹
fiat firmamentũ in medio aquarũ aquaz
quippe tota massaz seu molẽ que inter t-
ram et celũ illud quietissimũ creata est. ⁊
hebrei sm sapiẽtes ⁊ xpiani in rebus diui
nalibus pphetãtes nominatam dixerũt
Quidam aũt etiam terrã ⁊ abyssum ipaz
vocatã arbitrati sunt terrã ⁊ aquam quia
potẽtialr vtrunqz eorũ erat. Utrunqz eñ
et ea erat generandũ ⁊ generatũ est omi-
potentia vtute creato:. abyssum aũt quidã
eam dixerunt ppter pfunditatẽ ⁊ confu-
sionem. Narratio aũt pphetica totuz in
sinuat fuisse aquã a terra vsqz ad celũ em
pirreũ ⁊ totũ vocat abyssum que est ppa
nominatio aquarũ multarũ ⁊ in medio
hoc aque quã p:e multitudie sua vocauit
abyssum Dic factũ fuisse celuz qđ ⁊ vocat
firmamentũ De igne vo ⁊ aere ac genera
tionib⁹ eo:um nullã videtur penitus face
re mentiõẽ licz quidã ex philozophis he-
breorũ somniauerit per spm̃ domini pro-
phetam aera intellexisse eo q: apud eos
hoc ẽ in littera hebraica leg. p spiritu ha
betur ventus tãqz ventũ opinaretur esse
aera motũ. Q: ⁊ quidam estimauerunt
et erro: eorum destruit in scia Metheoroz
per tenebras vo vbi dicitur ⁊ tenebre erãt
sup faciam abyssi voluit intelligere ignez
elementũ eo q: tenebros⁹ sit ignis hmõi
Si eñ luminosus esset. videretur vel de
nocte vel de die cũ totaliter circũdet aera
⁊ iaceat sup ipm ⁊ ita totũ celuz videretur
nobis ardere qui sum⁹ in terra. hmõi au
tem erro: est ex ipo sermone phetico ma
nifest⁹ est qm̃ secundũ hoc dixisset ppbe-
ta quia tenebre erãt super spm̃ domini id
est ignis sup aera. Amp̃. firmamentũ
non eẽt factuz in medio aquaz. Si enim
esset factum in medio eaz. Sicut et ipe te
xtus pphetie dicit pars aquaz eẽt sub eo
⁊ pars sup:a aer vo ⁊ ignis ex necessitate
sunt super oẽs aquas. ⁊ erant sm ipsum
tunc ergo neqz aer neqz ignis eẽnt sub fir-

mamento neq; iste aer eēt veri nois s; potius aqua calefacta. Amp. in ordinatissime locasset de⁹ celum in medio aquaꝝ cū naturali nobilitate supeē orbeat omnibus elemētis ⁊ hoc requirit etiā motus eiusdem circularis q recto motu ex necessitate po: est atq; pfectioꝛ. Motus aūt elementoꝝ omniū rectus ē ꝓpter hanc difficultatē dixi noie aquarū ꝓphetam vsuz fuisse equiuoce ⁊ noie aquarū intellectaz fuisse totam materiā illam qua facta ē generatio celoꝝ ⁊ elemētorum. Et in hac equiuocatione multi etiā sapientū christianorum eidez ꝯcoꝛdat dicētes. Cum enī dictū ab eodē ꝓpheta. Cōgregētur aque q̄ super celos sunt in locū vnum intellexisse eū notas nobis aquas q̄s maria ꝯtinēt. Cū vero dixit fiat firmamētū in medio aquarum ⁊ diuidat aquas ab aquis intellexisse eum ꝑdictam materiaz ⁊ ex media pte eius factos fuisse nouē celos tanq̄ si diceretur. fiat firmamentū in medio aquarū id est firmitas ꝙ est dicere firmet mediū earum firmitate sc; ac stabilitate celestis forme vt nō subiaceat mutabilitati ⁊ corruptiōi cui ipa aqua ⁊ inferioꝛa corpa subiacent ⁊ intellexerūt aliq firmationē istaz congelationez ⁊ obdurationē instar christalli. alij vo coagulatiōz simplr eam nominauerūt. Sicut qdem ex phylozophis hebreoꝝ dixit coagulata eē gutta media hoc est mediū aquaruz siue media pars. Qualiter aūt hoc factū sit in seqntib⁹ determinare tentabo. Iterū autē reuertar ad stabiliendū ꝓbationib⁹ ⁊ declaratiōib⁹ alijs primū celum qḋ empireū vocāt qui de illo loquunt. Dico igitur quia omnis locus qui in mūdo est sue oīm debetur alicui ex corporib⁹ ꝑmis quēadmodum infim⁹ locus siue medi⁹ debet terre tanq̄ et ꝓpus ⁊ naturalis ⁊ ꝓpter hoc qescit in eo quiete ꝑpetua quare supmus locus in mundo debetur alicui corpori tanq̄ eius ꝓpus ⁊ naturalis ⁊ ꝓpter hoc qescit i eo qete ꝑpetua. ē igitur vltra nouē celos mobiles. celū aliud qetissimum. Q̄ si dixerit qs quia totū celum nonum qescit fm situ ⁊ hoc fm se totū. sed ptes eius mouentur ꝓpter acqsitionez ⁊ renouationē situum quos ptes ingrunt naturaliter hmōi sermonis error facile destruit sc; p hoc qḋ natura primū eadem ē que ⁊ totius quolibet enī celorum excepto forsitan stellato simplr ē hoc ē onomez hoc ē vni⁹ nature in omnib⁹ ptib⁹ suis. Manifestū igr est qm naturaliter ptes celoꝝ nec nouos sit⁹ nec noua loca ingrunt. Sic neq; ipi celi. Amp. isti situs non sunt nisi supeminentie directe oppositiōis super inferioꝛa corpa. Quare pars cuiuscuq; ex celis que non excedit latitudinē terre nō habet istos situs ad terra. Cetere enī partes oēs declināt siue exeūt a directa suppositiōe ipius. Eodēmodo se habet ⁊ de alijs elementis id est de igne aere ⁊ aqua Si hoc igitur q̄rit ad ꝑfectiōz sui naturaliter partes aūt septēmonales ⁊ australes eundē naturaliter sunt oēs cum suis celis. Inqrent igitur naturaliter similes suppositiones orbi terre et ita mutabunt loca sua vt appꝛopinquent ad media celoꝝ suoꝝ et ita partes primi celi scilicet noni australes et septenmonales sc; appꝛopinquabunt ad ptem eqnoctialis circuli siue eq̄toris dicti Quare dissipabunt oēs celi per eandē viam per quā ⁊ nonū. Amp. manifestum est habitationem beatificandorum hominū scorsum eē a turbine ⁊ tempestate tante rapiditatis. Necesse enī est illam esse pacatissimā. Si igr celo in aliq̄ collocandi sunt hoīes beatificādi seu glorificandi in celo qetissimo ac pacatissimo collocabunt. Manifestū igr ē tibi si tamē nosci ad hoc gloriā statū illius quia nulla habitatio digna ē eis aut ꝯueniens illi felicitati nisi celistis. Corpa enim illoꝝ sicut docebetis in seqntibus incōpabiliter maioris erunt glorie q̄ aliqḋ ex nouē celis noiatis ⁊ q̄ aliqua ex stellis vel luminarib⁹ Q̄ si collocarent in celo taz rapide volubilitatꝭ aut reuoluerent cuz eo ⁊ tunc inqetissima eēt vita eorum aut turbulentissima. sed ⁊ reuolutiōis ipoꝝ impossibile eēt fructū aliquē aut vtilitatē inuenire. aut starent celo illo reuoluto ⁊ tūc ex necitate tot scissure fierent in corpe celi illi⁹ quot eēnt ibi corpora glorificādorum hominū. ipi aūt ponūt oē celū inscecabile ⁊ impassibile. Amp. cum terra imobilis sit ⁊ extrema pars mundi id ē celum mobile ipiq; ponant mundum aīal esse quēadmodū et plato ponit ipm esse animal cuius pes id ē infimū immobilissimū est caput autē mobilissimū hoc autē videtur puerilitas. Amp. in vno quoq; genere perfectum est melius ⁊ ꝓus imperfecto. et non indigēs indigente. in q̄ntum talia sūt Corpus igitur qḋ non indiget motu neq;

vt perfectione. neq; vt via ad pfectionem melius est atq; pus indigēte alterutro dictorum modorū. Que autē meliora ac pfectiora sunt priora q; alijs magis sunt & digniora sunt vt sint q̄ illa. Quare si sunt corpora impfecta indigētia & posteriora erit ex necessitate multo fortius celū quale pdixi tibi vic; pfectū & nō indigens motu

Amp. si deus creasset hmōi celum q̄le diximus non est dubiū quin multam addidisset pfectioni vniuersi corporei seu corpalis & tunc esset cpletus in genere suo et nullum ei genus operū deesset. Quare manifestū est si deest ei istud incompletū ipsum eē in genere suo. Omniū enim corporum nobilissimū ac pfectissimū eidem deesset. Quemadmodū etiam mundus elemētaris incompletus & impfectus eēt si ei vel ignis vel aliud ex elementis quatuor deesset Quia igitur compleuit deus & perfectū fecit omne siue vniuersum corporeum necessario dedit ei hanc partem nobilissimā & que est tanq̄ caput ipsius & ppter hoc quasi sine capite ip; fecisset nisi caput istud id est mēbrum eiusdē nobilissimū in supremo & quasi in eiusdē vtice collocasset. Q; si dixerit quis quia ociosū esset illud celū, iam dedi tibi sup hoc vnā vtilitatē ipi9 vic; habitatiōs iocūdissimā hominū quibus danda est eterna illa felicitas. Aliam vo complementū siue perfectionem vniuersi corporei. Terciā addu cunt aliqui ex theologicis sanctisq; doctoribus valētem habitatiōi angelorū. dicentes celum illud q̄ cito creatum est sanctis angelis esse replenum. Et hāc reuera q̄stionem difficile determinabilē. Si em̄ celū illud locus corpalis est repleri non pt nisi corporeis substātis. Spūales enim substantie sicut et magnitudinē corporalem nō habent. sic nec locum replere possunt.

Amp. quid ad hmōi substātias de habitatiōe corpali Sicut em̄ nihil ad corpora de habitatiōe spūali. sic nihil ad spiritus vel spūales substantias de habitatiōe corpali. Propt hmōi mōi ratiocinatiōes irrident imperiti sermōes sanctos autenticos et diuinis reuelationib9 editos & scriptos. Ego vo in tractatu de huiusmodi substātijs vic; abstractis inuisibilibus patefaciā tibi vitatem si deus voluerit. Quarta vero vtilitas celi empirei est manifestatio glorie ac magnificētie creatoris quemadmodū enim i palatio regali ex assistentibus ipsi regi et multitudine ac varietate ministrorū et ornatu et apparatu ipsorum nec nō ex ipsis obsequijs eorundē. ex ipsa etiam munificentia & decore palacij appet magnificentia & gloria regis. Sic in isto celo tanq̄ regi seculorū pclaro nobilissimoq; palatio dei gloria incogitabiliter cōspicatur. vbi milia miliū ministrant ei & decies centena milium assistunt eidē. Ubi innumerabiles militū celestium chori laudes et9 ineffabilis cōcētus suauitate resonant incessanter Ubi tantus est decor tanta claritas & pulchritudo. tam speciosus ornatus omniū & singulorū vt terreni regni gloria q̄ntumlibz inclita atz magnifica modicissima ac seruilis administratio ad illius cparationē certissime apparet.

Nota solutionē q̄stiōis supius dicte.

Quod aūt querunt q̄d ad sanctos angelos d̄ habitatiōe loci corpalis ptineat quāq̄ i seipsis aliq̄d sētire possint vic; quantū pertineat ad aīas humanas. Que indubitater incorporee sunt quantū inq̄ ptineat ad ipsas de habitatione sua in corporibus que vtiq; habitacula earū sunt. Quātū diligant speciositatem eorum sanitatē & alias bonas dispositiōes ipsius & qd est ab eis remotius q̄ntum diligant domorū etiam corpaliū pulchritudinē & qd vltra est atriorū & ortorum amenitatē & qd est magis adhuc longe ciuitatū etiam suarum magnificentiaz & amplitudinē. & qd est post oīa hoc totius regionis et vt etiā regni in quibus corpora earū sunt similes dispositiōes. licet nihil salubritatis afferrant corporib9 earū. Si hec oīa attenderēt ex hac cōparatiōe ad āgelos sāctos aliq̄d qd nobilitate atz speciositate celi empirei pertinere nec irriderent nec forsitan mirarent. Cū autē diligentius vniuersū corporeū cogitauerit & homini compauerit inueniet ipm ostēsum in consideratione illius videlicet q̄a quēadmodum homo qd spiritualis est in ipso hoc habet intimū hoc est, intus. Qd autem est corporeū hoc hz extra. Ude oīs mundū siue omne ecōtrario se habētem habz em̄ corpulentiorē sui partē acvilio rē intimā & hec est terra. Subtiliorē vo atz nobiliorem & a corpali grossicie remotiorem hz extimā siue forinsecā. ac si diceret quia mūdus habet corpus suum intra et cor extra circundās ipm corpus & circūuol

uens ex omni parte homo vo corpus hꝫ
extra ⁊ cor intra mini⁹ suo corpe pene incō
parabiliter corpus autē maius ipo corde
econtrario aūt se hꝫ omne siue mundus
cor em habet maximā partē in totalitate
sua iam aūt didicisti quia cor vas ē ⁊ rece
ptaculū ꝑpriꝫ ex vite ⁊ vitaliū ⁊ etiam se
des est seu soliū ipsius anime totū residu
um regens ⁊ aministrans. Sic celum vl
tima ea que maxima vitalia sunt in mun
do seu vniuerso cōtinere necesse ē ⁊ eē cre
atoꝝ sedem ac soliū vniuersum regēns et
aministrāns. et hic ē sermo qui sepe apd
ꝓphetas legit ex psona eiusdē. Celum se
des mea ⁊ in celo sedes eius ⁊ quicunqꝫ de
gloria ei⁹ ad dignū locuti sunt celū sedē
eius esse dixerūt sicut narrat Aristotiles
in libro celi ⁊ mundi. Sedem aūt indubi
tanter necesse ē esse qetam ac stabilissimā
Est igitur celum empireū velud amictus
splendoris totius mundi ⁊ velud tectum
pulchritudinis p̄clari palacij dei ac dn̄a
toris omniū seculoꝝ. ⁊ velud operimētuꝫ
speciosissimū templi ipius qd vtiqꝫ totus
mundus est ⁊ est habitaculū glorie ipius
penetrale ac intimū iuxta qd predixi ubi
quia qd extimū est in mundo hoc est inti
mū ac nobilissimū in eodeꝫ ⁊ alia compa
tione velō sacrariū est in eodē templo qd
est mundus. Sacrariū inqꝫ continens et
recipiens quecunqꝫ in toto vniuerso san
cta vel sacra sunt ⁊ dignitate tam nobilis
habitaculi digna. ⁊ ipm est celuꝫ qd celat
⁊ ꝯtinet oia tā visibilia qꝫ inuisibilia et ꝓ
pter hoc potissimū celi nomie dignissimū
Qd sensisse videtur qui dicit quia celuꝫ ē
ꝯtinētie visibilium ⁊ inuisibiliū istud celū
est dom⁹ dei vberrima a cuius vbertate
inebriantur oēs qui in ea sunt ⁊ de cui⁹
plenitudie instar tenuissime atꝫ rarissime
irrorationis in istā regionē inferiorē asp̄
git. Ipm est ciuitas quā fluminis impet⁹
letificat quā torrens voluptat' spūalis in
effabilis replet. iuxta sermones ꝓphetaꝝ
a quoꝝ fide ⁊ veritate suadeo tibi q̄ntū
possum in nullo recedere. Qm̄ autē istud
est p̄macum ac nobilissimarū substātiaꝝ
habitatio. idē aūt est ordo substantiarū q
et locoꝝ seu habitationū eorum ꝯsequēs
est vt quemadmodū ille prime sunt inter
substantias sic habitatio eaꝝ prima inter
habitationes ordine nature quare sicut il
le p̄mo creande fuerūt inter substantias
Sic ⁊ habitatio eaꝝ inter habitationes
Quare celū illud creandū fuit inter celos
et locus ille p̄mo creandus inter loca.
Amp. si mundus est velud domus regia
habens omnes sibi congruētes officinas
In domo aūt regia p̄ncipalis portio au
la est seu palaciū ⁊ ꝓpter hoc primo edifi
canda. deinde alie officine tanqꝫ appen
dentes ei et non existentes nisi ꝓpter illā
Manifestū autem est qa celum istud
omniū partium mundi amplius ē atꝫ ca
pacius ⁊ ꝓpter hoc aule vel palacij noīe
inter partes mūdi solū dignum. p̄mo igi
tur edificandū fuit ab ipso rege cuius au
la vel palaciū est. Deinde alie partes mū
di tanqꝫ domus istius regie varie officine
Eo autē ordine quo palacia regib⁹ alijs
edificant. Primo igr̄ creatū fuit quantū
fuit de ordine nature. Sꝫ vt iam dixi so
lum creari non potuit qꝛ intra ipm fuisset
vacuū si solum creatum eēt. quare creata
fuit cū eo terra tanqꝫ ei ꝯtraria vt ī sequē
tibus dicā. Qualiter aūt creatū fuerit istō
celum vno verbo expedio quia non p cor
ruptionē alteri⁹. alioqn iret res ī infinitū
iuxta errorem aristotilis qui per hoc ꝓba
re intēdit generationē ⁊ corruptionē eter
nas eē. hoc ē non habuisse initiū. Quare
creatū simul fuit ī sua materia ⁊ forma id
est materia eius ⁊ forma simul create sunt
altera in altera vel sub altera. Post ipm
vero ⁊ sub ipo situ ⁊ loco creata ē materia
aliorū generandoꝝ hoc ē celorū ⁊ duorū
elementoꝝ que sunt ignis ⁊ aer. Vegeta
bilium oīm et animaliū ⁊ aliorū genera
bilium hec ergo materia fuit aqua iuxta
nominationē ꝓpheticā ⁊ reuera aqua oī
um est elementoꝝ generationi aptissima
ita quod ex ea sola videntur fieri genera
tiones oēs vegetabiliū sola eīm corrumpi
tur ⁊ consumit in generatiōe vegetabiliuꝫ
quodcunqꝫ ⁊ q̄ntecūqꝫ fruges ex agro ali
quo generētur. terra agri in nullo minui
tur q̄ntitate. Ad hunc modū inuenies et
de machinis vegetabilib⁹ se habere. q̄nte
cunqꝫ eīm silue ex mōtibus oriant mōtes
in nullo per hmōi generationē minuunt
qd euidentissimū est in siluis cesis ⁊ eraꝫ
extirpatis. Redeuntib⁹ enim illis p genera
tionē vel excrescēnbus. nō inuenies immi
nutam q̄ntitatē terre. Inuenies aūt ipaꝫ
manifeste crēscere quēadmodū si vas cer
te q̄ntitatis terra repleueris ⁊ in eo aliud
plantaueris vel seminauerit aquā irrigan
tem siue pluuialis siue alia. manifeste vi

debis semper corrumpi atq; cõsumi Ter
ram aūt crescere vltra quantitatē quā ha-
bebat quādo primū ex ea vas repletū est
Quare generatiões vegetabilium z aia
liū q̃ ex terra fiunt aque maxime debent
Ex aere vero vel igne si que fiunt genera-
tiones pauce atq; rarissime fiunt. Appa-
ret igitur tibi ex his aquā esse omniū ele-
mentorum generatiõibus aptissimū ꝓpt
hanc causam generatiões celorum aialiū
umq; ac vegetabiliuz expositurus ꝓphe
ta aquā vocauit ꝯmunē illam materiā ex
qua hec omnia generanda erant. Uel qa
reuera aqua erat. De qua verissime est qḋ
partes eius non erāt eiusdez puritatꝭ oēs
Cum em̄ profunditas eaꝝ esset a terra vs-
q; ad celum empireū non est mirum nisi
partes ille que viciniores erant loco pu-
ritatis, z remotiores erant a loco feculen
tie z aliene admixtiõis puriores erant eis
que econtrario se habebāt. Sicut et in oī
ꝓfunditate aqaꝝ contingit z in aere ipo
qui indubitanter purior atq; subtilior est
cum partibus suis a terra z aquis remo-
tioribus. Debuit etiā idem ordo partium
esse materie illius in subtilitate atq; puri-
tate qui erat in altitudine z depositione, et
ꝓpter hoc fecem et sedimen seu residen-
tiam aliorum elementorū terram q̄dem
philozophi vocauerūt. Amp. quia ce-
lum vltimū purissimū est et ab omni fecu
lentia remotissimū, terra vero econtrario
feculentissima et a p̄ma sinceritate remo-
tissima cū omnia corpora in mundo ordi
natissime posita sint cõsequens est vt que
est comparatio mediorū corpoꝝ in elonga-
tione z ꝓpinquitatē ad illa extrema eadē
sit eorū adinuicē in feculantia z puritate
in grossicie z subtilitate. z eadem ratio est
in vno illo medio ꝓpter partes suas z in
pluribus. Intelligo aūt hic sic quia eadez
debet eē comparatio partiuz materie illi-
us sicut fuerit aqua siue aque similis que
z corpoꝝ eodem ordine in loco partiū il-
larum positoꝝ. Si quis aūt dixerit q̄a ce-
li non potuerunt fieri de aqua tanq; ma-
teria que non fuerit potēs sine aqua re-
cipere formā celestem. Sermo eius erro-
neus ē, materia nanq; corpalis p̄ma post
q̄ nudata fuerit a forma sua corpali potē
tialitas est indeterminate z infinite. z cō
mūis ad oēs formas corpales nec magꝭ
appetens vnā q̄ aliam qḋ autem in gene
ratiõibus que fiunt in mūdo nature ma-
gis recipit quādoq; vnam q̄ aliam et v-
tute agentis est. z victoria qua expellit for
mam sibi cõtrariam a materia z super in
ducit suā tanq; potens fructꝰ super hmõi
materiā. Ubi vo non est agēs nisi creator
multo incõparabiliꝰ sic inducet materie
denudate formā quā noluerit z elegerit.
Nihil em̄ est potētialitas materie vt obsi
tat beneplacito creatorꝭ z idē senciendū ē
in omni alia natura Nihil em̄ adeo natu
rale est vnicuiq; nature vt est obedire vo
luntati creatoris cū nihil habeat vnaque
q; natura nisi qḋ de volūtate ipius illi da
tum est ab eo. Non em̄ circa se sed sibi et
ad se fecit oia creator z ꝓpt hoc nihil cō-
tra se hoc est nude rebellet vel rebellare
velit aut possit naturalr dedit alicui eorū

De materia empirei celi.

De materia vero hmõi celi primi ac nobilissimi an cõmunis sit .i. filis materiis alioꝝ corpoꝝ merito du
bitabit aliquis z fuit q̄dem quē hebrei re
putāt philozophū q dixit qḋ deꝰ de splē
dore pallij sui fecit celum terrā vero de ni
ue que erat sub throno eius. Et q; sapiēs
apud hebreos reputatus ē. Cū iuxta pla
num sonū sermo iste manifeste erroneꝰ sit
q̄dem ex alijs eoꝝ philozophis nō aliud
eū intellexisse in sermone isto exposuit ni
si qḋ per eum aliā fuisse materiā celi aliaꝫ
vo terre insinuare voluit p sermonē illuz
Mirabile autē valde est qḋ cum ponant
materiā p̄maturā vniuscuiusq; corpis ab
omni forma corporea seu corpali in se ipa
nadissimā cum grossicies z subtilitas et q̄
cunq; alia hmõi sunt forme corpales sint
q̄re manifestū est quia de materia nō pos
sunt dici nisi per modū potēne aut potēti
alitatꝭ aut vtrunq; contrarioꝝ cū contra
ria circa idem fm naturā solūmodo fieri
habeāt Dicat ex materia igr̄ fiat vel sic cor
pus subtile vel mobile celeste an terrenū
siue alteriꝰ modi forme soli debetur vel
maxime. Quia igr̄ placuit creatori celū p̄
mum non solū ordine z positiõe sine situ
primū facere sed etiā nobilitate z alijs p-
fectionibus ipm ꝑficere decorare z ornare
ita vt p̄eminentia ꝑfectionū z ornatus oī
bus inmeriti valentibꝰ appeat decus omni
um corpoꝝ mundanoꝝ z mundi ipius ca
put splendore mirabili redimitū atq; cor
ruscum. Et supradictū tibi vel cor eiusdem
vt tectum. Hec oia potius per ipam nobi
litatem forme celo vel fecit vel dedit crea

sor: q̄z per naturā ipsius. Materie igitur eidem debetur omnis eius ꝑfectio atq̄z nobilitas. hoc autē non ex opposito sed tā q̄z ex incidenti dixi in hoc loco q̄m de naturis celorum nō est intentionis mee disputare in hoc capitulo. Verū ꝓpter varissimas opiniões hominū quibus somp̄niant de materia ꝑma corporum feci rememoratioué hanc de materia primi celi τ vt appareat tibi quoniā non leuitate intellectus ita locut⁹ sum de primo celo habet ex alibi perscrutate inuestigatis ac declaratis que ostendent̄ tibi loco suo.

Q. firmamētū factū fuit in medio aq̄

Et q̄m incepi ex incidenti exponere narratioué ꝓpheticā entiū vniuersi corporei siue corpalis a creatore ꝓsequar τ declarabo tibi firmamentum siue celum continēs nouem celos factum eē in medio aquarū τ diuidere aq̄s ab aquis hoc est abyssum implentē totā cōcauitatem celi empirei vsq̄z ad terram. Dico igitur in ꝑmis quia celum hmōi ibi factum est vbi τ est. Non enī fieri potuit alibi. Si enim alibi factum esse non esset translatum ad locum in quo est nisi ꝑ motum localem. hmōi autem motus esset ex necessitate vel circular. vel rectus. Tu āt iam nouisti quia motu circulari nō recessisset a loco suo. Si enī recessisset mutasset centrū circa qd̄ prius mouebatur τ ita nō esset et naturale mediū centrum illd̄ τ habuisset ẜm hoc infinita media motus ei⁹ cū inter quelibet duo puncta in linea sint infinita. Quare inter centrū qd̄ est modo medium motus ipius τ primum centruz eius essent infinita puncta. quoꝝ quodlibet fuisset mediū motus illius circularis per quē venisset ad locū in quo modo est τ motus ille esset sicut motus rotaꝝ currū aut quadrigaꝝ qui motus lōge a natura celorum. Amp̄. si non fuit factum in aquis illis siue in abysso illa sed extra esset ergo factum vel in celo empireo vel in vacuo extra ipm. Jam autem declaraui tibi in eis que ꝑcesserunt q̄a nō est possibile nec vnq̄z fuit corpus aliquod eē extra speram vltimā mūdi in vacuo. In empireo vero celo manifestū est ipz non fuisse creatum q̄a reliquisset vacuū in illo cuz nihil motum est motu quo ꝑuenit ad locum vbi est τ fecisset scissurā exiens de celo empireo et dissipatiouē eius incredibilem cum sit grossioris substantie. Manifestū igitur est ipm fuisse creatum intra empireuz τ ꝓpter hec meruit aq̄s siue in aquis. Non inconuenieter aut neq̄z multum abusiue dicitur creatum in medio aquarum qd̄ in ipsis aquis vel intra aq̄s creatum est licet non in loco equaliter distante ab extremitatibus aquarum.

Amplius. cum inter duo extrema quietissima medium sit vtpote corpus extreme mobilitatis τ iterum medium vt inter extrema quorum alterum ē in vltimitate puritatis corporalis secundū naturam alterum in vltimitate feculentie alterum in vltimitate subtilitatꝭ Alteꝝ ī vltimitate grossicie corpalis et insuꝑ alterū in vltimitate īferioritatꝭ. alteꝝ in vltimitate sublimitatꝭ localꝭ. Creator aūt et natura q̄ tota ei⁹ magisterio imperioq̄z regit̄ ordinat loca corporib⁹ ad ꝓportiōz et silitudinē naturalē. Ordinatum igitur est firmamentū in medio corporum extremoꝝ in mundo quare in medio mundi hoc est in medio spacio qd̄ est inter celum empireū τ terrā. Quia igitur hoc medium erat medium aquaꝝ sicut supra patefeci tibi. In eodem autē loco est vbi et factum fuit. factū igitur fuit in medio aquarum.

Nota que sit vtilitas aquaꝝ que sunt super firmamentum.

Si quis aūt querat de aquis que super istos nouem celos remanserunt quas firmamentuz diuisit ab eis que sub celis erant et dicant q̄a nō videntur ibi esse. Superuacue enim ibi essent. Ego autem in ꝑmis respondebo tibi quia cum tanta multitudo piscium generata sit ex aquis ipsi non dicunt aquas residuas ociosas esse. Manifestū enim est quia non oēs aque corrupte sunt vel consumpte in generationib⁹ piscium. ymo maior pars earum restat. nec tamen in vltimo dicit eam aliquis aut superuacuam. Q. si dixerit quis quasi tote aque consumentur in generationib⁹ piscium frustra generarētur ex eis pisces quia pisces siue aqua esse vel viuere non possunt recte vti q̄z dicit. Sicut cur non est verisimile ipm esse celorum conseruari in aquis cū similiter ex aquis generati sint. apparet igitur vna vtilitas aquarum que reseruate sunt τ ambiunt celum continēs nouem celos a parte superiori videlicet qd̄ in eis τ per eas saluatur seu conseruatur esse celoꝛuz qui ex eis generati sunt quēadmodum in

aquis & per aquas conseruatũ esse piscium q ex eis generati sũt. Et ꝯcordat ista ratio opinioni eoꝝ q dixerunt celos esse ex aqs illis per congelationē earum vehementissimam & obdurationē fortissimam instar cristalli. Unde et cristalline substātie eos esse opinati sunt. Uerum lōge nobilioris atq; subtilioris quoniā sit cristallus terrestris qui apud nos inuenitur hmōi enim homines attendentes grossa corpa motu calefieri apud nos sicut & subtilia videbāt per eua dem frigidari putauerūt tanta vehementia atq; cōtinuitate motus corpora celorum couſq; calefieri. vt necesse haberent vel nimia dessiccatione frangi vel vehementia caloꝝ dissolui nisi p contrarium hmōi calefactiōi occurreretur. quare ad hoc vise sunt eis vtiles aque ille superiores vt a dorem hmōi temperent. hic autē sermo vanus est quoniā per hmōi temperamentū aquarum non occurretur periculis inferiorū celorum presertim cum tanta sit ꝓfunditas id est spissitudo celi noni. qđ infrigidatio illa vel temperatio aquarum nō posset penetrare vsq; ad medium illius. Propter hoc rēspō debo tibi alia via super hmōi q̄stione & dicta quia sermo hmōi quo celorum aliquod vel oēs dicti sunt cristalline substantie ꝓpterea dictus est qa calor hmōi valet cristallinas fm opinionē vulgarē apparere videtur in eis. Simlr & spere apparere videtur calor saphireus in eisdē vel iacinctinus sicut dixit ꝓphetarū p̄mus in secūdo libro legis hebreoꝝ qi valet subter deum israel erat q̄si opus lapidis zaphiri q̄si celum tū serenū est. Impossibile aūt videt vt vere cristalline substātie sit aliqđ celoꝝ & per cōgelationē ex medio aquarū generatio. Congelari enī non videt aqua nisi ex vehemētia frigiditatꝭ neq; ꝯgelatio aliud est qm̄ excessus frigiditatꝭ sicut didicisti in sciētia metheroꝝ. Qualr autem congelatū fuit mediū aquarū extremitatibꝰ remanētibꝰ in nature sue etpantia p̄sertim cū superiores ptes omnium aquarū p̄us ꝯgelentur q̄re superior pars aquaꝝ prius cōgelari debuit. Amp̄. cristallina substantia plus est terrestris q̄ȝ aquea. Substantia enī cristalli & oīm gemmaꝝ nō est nisi cinis vehemētia caloris resolutꝰ seu liquefactus & postmodū congelatus. Qđ autē cinis sit substātia hmōi corpoꝝ apparet ex cōfractione & cōtritione ipoꝝ. Confractio enī in quantascūq; & quoscūq; minutias fiat non mutat substātiam. Eadeȝ quippe ē substātia totiꝰ & duaꝝ medietatū ipaꝝ totius in q̄ȝ qđ est omiomeꝝ id ē vnius nature per totum quēadmodū eadeȝ est substantia. alicuiꝰ masse auree & duarum medietatū eius. Silr & quattuor cartarum ipius & ita in infinitū. Cum aūt multis concernerꝭ cristallum vel ex gēmis quamcūq; alijs apparebit tibi manifeste totas a ceruus minutioꝝ cinis esse. Quare manifestū est substantiam cristalli velud cinerem eē. hmōi autem exemplum manifestum est in vitro & experiētia assidua de eodem. Amp̄. si substantia celoꝝ esset hmōi in infinitum eēt ponderosior q̄ȝ tota terra. quare nec super ignem nec super aera stare posset. Amp̄. ipsa aqua nō posset ibi stare super ignem sc; & aera. q̄nto minus ergo cristallus. Amp̄. cum ignis impleat totā concauitateȝ celi lunarum vsq; ad aera quo stabit contiguum tanto igni celum lune. Si cristallina ē eiꝰ substantia. licet autē nō sit presentꝭ intentionis vt p̄dixi de naturꝭ celoꝝ. hoc tamen ad presens hic dico q; ꝓpter similitudinē apparitionis dictum est & ꝓpter paruitatē visus & insuper propter stabilitatem et soliditatem ipius substātie celoꝝ. Est enī fortissime substātie cristallꝰ ac difficilimꝰ ad secādū nec nō ad li q̄faciendū. sicut discere potes ab hijs qui opantur in gemmis. Sensa etiaȝ hec ex periri q̄a die licet Sicut & hmōi stabilitionē seu solidatiōȝ congelationē vocari intelligo a prudentibus qui hoc dixerunt. Manifestū est igr̄ formā celoꝝ q̄m medias aquaꝝ in materia sua suscepit a creatore formā esse preter formas q̄ttuor elemētoꝝ. & ex omniaȝ elementoꝝ & ꝓpter hoc non ē passibilis a calore vel frigiditate. & iō non est timēdū celis de particulis ꝯfractionis ac dissolutionis. Reuertar autē ad rñdendū ad eaȝ questionem qm̄ ꝓponāt de aquis que dicuntur sup celos remansisse. & repetā qđ dixi qa non est necesse qđ in generatione quorūcunq; corporū tota consumat materia ex qua generant. Sicut ostendi tibi de piscibꝰ supra quos & sub quibus multa copia aquarū remanet post generationem ipoꝛum nec tamē inutiliter vel ociose

Amp̄. nullꝰ huiusmōi hominū miratur vel abhorret. ignem esse sub aquis & etiam sub terra sicut apparet ex locis bal

neorum naturaliū ꝛ etiam ex inundatio
nibus ꝛ quasi diluuijs ignis q̄ erumpunt
ex inb⁹mō tibus videlicet vulcano ethna
atq̄ chymera. Cur igitur adeo mirantur
aquas esse super celos. non enī magis est
hoc circa naturā q̄ ignem esse sub aquis
aut terris.

Destructio errorum quorundam.

Quod aūt aliquib⁹ visum est aq̄s
illas supercelestes ibi reseruatas
esse propter diluuiū qđ tunc erat
futurum ꝛ propter irrogatiōes pluuiarū
que inde descendūt nullomodo possibi-
le videtur. Pᵃmū quia propter soliditatē
celorum nullomodo possent huc descen-
dere nisi vel noue vie ꝛ apture eis in celis
fierent vel veteres aperirent ꝛ hoc etiam
quibusdā visum est ꝙ apture ꝛ vie in ce-
lis sunt ad descensū aquaꝝ ꝛ vocauerūt eas
chataractas celi de qb⁹ dicit ꝓpheta he-
breoꝝ quia inundatione diluuij chata-
racte celi aperte sunt ꝓpter quod ꝛ pluit
quadraginta dieb⁹ ꝛ q̄draginta noctib⁹
sup vniuersam faciem terre. Q᷑ si verū es-
set iuxta sermonē istum cuꝫ ex omni parte
celi descenderet pluuia sup terram ex om
ni parte ex necessitate apertū fuisset celuꝫ
Uenti enī contrarij non possent tot ꝛ tāti
illa pflarre aera vt aquas per ipm descē-
dētes sic dispergerēt atq̄ diuiderent super
terrā. Amp̄. generatio pluuiarū notis-
sima ē quia ex nubibus fit per frigiditatē
q abscondit faciē eius. q est in vltimitate luminositatis et pulchritudinis ab eis quapropter necesse ē eos videre absq vllo impedimento luminositatem et pulchritudinem creatoris. Jam autem patefactū est tibi quia hec ē gloria virtutis intellectiue z hoc est quonia ipa est plenitudo seu pfectio vltima possibilitatis ipius Juxta hūc modum necesse est eos se habere fm virtutem suam nobilem motiuā que est voluntas vel amor ad bonitatem sine suauitatem creatoris quare quemadmoduz irradiantur z delectantur luminositate z pulchritudine creatoris qntum ad vim suam intellectiuam. Sic necesse est vt impleantur et delectentur bonitate ipius delectatione q merito beatitudo dicitur. hec autē est que sola beatitudinis nomine digna ē que in vltimitate elongationis longe facit ab omni molestia et implet in vltimitate plenitudinis obtinentem. Ultimitas aūt plenitudinis est que nihil omnino vacuitatis inconuenienter relinquit desideriuz autem z signū est et effectus vacuitatis spiritualis id ē vacuitatis cordis. quemadmodum ad fames et signum est et effectus vacuitatis stomachi siue ventris. Et generaliter omne desideriū et fames et sitis ē spiritualis. Quare omnes spiritus abstracti quos vel peccatum non obtenebrauit vel malicia nō corrumpit in felicitate sunt vel naturalis cuiusdam beatitudinis que est vltimitas perfectionis in huiusmodi substancijs vel in felicitate glorie que ē incōparabiliter pfectior nobilior et plenitudo desideriorum cumulatione atq iocūdior Et dicūt sapientes xpianorū q beatitudinem priorem naturalem habuerunt omnes abstracti spūs antequā malicia peruerterentur et caderent illi qui vocantur maligni spiritus. Secunda vero que ppria nominatione gloria vocatur collata ē in bonitate sua naturali persistentibus que bonitas et beatitudo magna est z pfectio multe pulchritudinis et desiderabilis suauitatis q pauca cōsideratione atq leuissima tibi videre facile est. Tu ergo diligēter attende istas duas perfectiones z vltimitates ordinū suarum quas nominaui tibi. Similiter z duas visiones diuine luminositatis et pulchritudinis. Non enim dubitandum est quin huiusmodi substancijs fuerit naturalis dei cognitio magna z lucida antequā quidem eorum ppria mali

cia de prauati caderent et propter hoc huiusmodi cognitionem visionem dini. Ex hiis igitur manifestum est. nullum huiusmodi spirituū descendere vel ad loca vel ad statuas in quibus missi sint descendere inquā sponte vel voluntate sua. Quis autem dubitat quin exiliū et carcer miseros eos faciat qui inuiti tenentur in illis Nullus etiaz dubitat quin regio ista terrestris. exilium sit ad patriā celestis operationeȝ. imagines vero spiritibus in eis reclusis vt ipi putant carceres esse certissimum est. si inuiti in eis teneantur. Manifestū igitur est et hiis quia non propria voluntate descendunt in istos carceres et exiliū. deserta et quasi spreta felicitate in qua sunt. Quod si dixerit quia voluntarie descendunt vt consulant hominibus pp̄ter quid igitur expectant ortum Saturni cum nō magis homines indigeant vtilibus et bonis cōsiliis in illo tempore quā in alio. Amplius. Ad quid requiruntur huiusmodi imagines nisi quia saturnus magis ppicium se exhibet pp̄ter imagines huiusmodi. q si est fiunt igitur in venerationem saturni et ita iam deuenisti ad ydolatriam ipius que iam tibi destructa est. ita vt nulla de vanitate et noxietate eius relicta sit tibi dubitatio. Amplius. si tanta est benignitas z ppiciatio Saturni in homines cur tam paucos tam q raros mittit huiusmōi spiritus ad consulendum eis. Amplius si quot ymagines fieri possunt in ortu eius tot spiritus mittat Saturnus poterit igitur fieri per multiplices imaginum huiusmodi vt vel pauci vel nulli spiritus remaneant in celo eiusdem. Amplius. aut suadet spiritibus venire in huiusmōi imagines sic paratas aut cogit eos. si suadet. aut scienter igitur acquiescunt et. aut ignoranter. Si scienter hoc est si sciunt q suadet eis subire exiliuȝ et intrare carcerem quouis igitur acquiescunt et nisi. quia stultissimi sunt imo dementes. Stulti autem et boni simul esse non possunt et multo minus beati qualiter mali simul z miseri sunt. tales autem spiritus et vulgus vocat dyabolos atq demonia pessima. et greci cacodemones. De quibus constat q non ad consulendum hominibus appropinquant ipsis sed vero ignorant quā noxia sit eis huiusmodi suasio Saturni. hoc est friuoluz cū tante tenebrositatis ignorātia vix etiam stultissimos homies cadere possit.

Scdm hoc et ipse. Saturnus si in eadem ignorantia est stultissimus est. Si vo scit tam nociuum esse q eis suadet deceptor est eorum et proditor pessimus. Q si dixerit q cogit eas tunc tyrannidem violentiam exercet in eos et cogit ipos vt miseri fiant. q propter et ipe malignissimus et ideo miserrimus quare de celo cum malignis spiritibus detrudendus. et ab optimo creatore atq iustissimo in eodem nullatenus sustinendus. Amp. Spiritus huiusmoi ordine et iure naturali longe nobiliores sunt atq sublimiores omnibus corporeis substancijs quare nullomo subdite eis naturaliter. No habet igitur stella saturni potestatem in huiusmoi spiritus. et ideo nec coactionem neq cohertionem in eos. Q si dixerit q non stella Saturni cogit eos. sed spiritus qui preest stelle et toti celo eius et omnibus spiritibus qui in eodem sunt aut igitur ipi mali sunt qui rebellant principi suo volentes ei obedire spontanei cum adhuc naturali subiectione teneantur aut ipe malus qui imperat qd non debet. Si enim imperat qd debet mali sunt qui non nisi inuiti ei obediunt. Si vero imperat qd non debet malus est ipe et abutens pace sua. quare auferenda fuit ei iam dudum potestas illa. Si vero dixerit quia bonus est spiritus ille et boni subditi omnes spiritus et libenter veniunt iussi in istam regionem. et in ymagines sic eis preparatas vt consulant hominibus et aliter enim eis fuiant. Sed quis no suspicetur eos esse malos et diuini cultus vanissimos ambitores. quando ad consulendum hominibus nisi prius sibi fabricatis ymaginibus descendere volunt quis no videat q huiusmoi ymaginum fabricatio cultura sit manifesta saturni.

Q omnia ista que fiunt p ymagines malignissima fiant demoniorum astucia.

N huiusmoi igitur nihil aliud tibi opinandum est nisi q ista e malignissima astucia demoniorum vt suggerant hominibus se in huiusmoi ymagines descendere vt ad earum fabricatione que reuera ydolatria est et ad obseruancias constellationum sub quibus fabricande sunt eos inducant. hec autem omnia apte vergunt in seruitium stellarum et propter hoc consequenter in offensam creatoris et auersionem a cultura ipsius et veneratione. Jam igitur multis experimentis compertum est q huiusmoi demonia vel resoluebant ymagines suas vel confringebant ad preceptum verorum veri ac summi dei cultorum et fugiebant a facie iporum nisi et maliciam suam clamore valido publice confitebantur propter qd de toto orbe. exceptis quibusdam barbaris partibus fugata sunt et ydolatria exterminata et intelligentes populi seductiones eorum recesserunt ab eis reuersi ad creatorem benedictum suscipientes culturam venerationis ipius. In quo et facta sunt illa mirabilia q et demoniis importabant et ab hominibus quos vexabant eosdem ejciebant hoc igitur exemplum debet tibi sufficere cum eis que audiuisti similibus de illusionibus demoniorum in huiusmoi et de mirabilibus que malefia et decepti homines facere credebantur p virtutes stellarum et ymagines huiusmodi. Similiter et de figuris qs vocant in libris suis anulos sigilla. characteres et ymagines planetarum que ymagines no sunt similitudines aliquorum animalium. sed sunt quidem characteres. his autem quattuor generibus tantas virtutes attribuunt vt propter eas totam scientiam stellarum credentur esse inuentam. Jam autem expediuit me et te in alio tractatu et declaraui quia nulla est virtus verborum aut characterum p ut ipi opinati sunt et hoc credo sufficere tibi de hijs.

De inferno.

Iam igitur peruenit adhuc ratione in inuestigationis istius q inuestigaui hactenus partes vniuersi corporei videlicet q quindecim sunt partes iste siue corpora magna ex quibus constitutum videtur vniuersum istud videlicet celorum quos nominaui et numeraui tibi elementa quattuor et corpus qd propheta vocauit aquas que sup celos sunt qd celum aqueum et aqueam regionem quidem nominant potius quia ex aquis que sup octo mobiles celos erat factum. q ex veritate substancie sue licet lex hebreorum de eius generatione vel factione taceat sicut de generatione aeris et ignis et iam dedi super hoc causam. quonia no erat intentio prophete neq officium prophetari eruditis et sapientibus sed magis simplici ac nuda veritate comunitatem populi hebreorum instrueret et de hijs que populum illum ad susceptionem legis quam ad eum ferebat et diuini cultus instrueret. Q autem ptholomeus posuit quibusdam stellis fixis motum proprium ad successionem signorum duo

decim et sup polos circuli signorū cogit ex
necessitate illū ponere vl' celū hūc siue orbē
reuoluentē eas vl' celos plēs iuxta numez
earū si vez ē necesse est magna mūdi cor
pora plura esse. Inuestigare autem et dē
hijs que dixi tibi et de hoc sermone. Pto-
lomei vsq3 ad verum et certum et ad mo-
dum difficile est mihi τ longe est ab inten
tione mea in hoc tractatu sufficiat ergo ti
bi audiuisse a me de hijs rebus ea que cō
uenientiora sunt intentioni pphetice τ ve
risimiliora et forsitan veriora.

Stabilitio loci qui vocatur infernus.

Relinquitur ergo mihi post hoc cō
tinuare sermonem et stabilire lo-
cum qui vocatur infernus quoni-
am credulitas ipsius vtilis est valde et er-
rores circa ipm noxij et impedientes corre-
ctiones hominū a vicijs suis τ peruersita
te morum suorum. quare manifestū est in
uestigationem eius atq3 stabilitionē esse
ipius euidentis esse vtilitatis ad ea que p
dixi. Dico igr̄ quia iam claruit tibi ex alijs
veritas felicitatis animarum humanarū
quare et veritas miserie earundem et pro
pter hoc cum locū habeat certū τ propriū
vera felicitas earū necesse est verū et pro-
priū locum habere veram miseriam ipsa
rū. quia igitur locus supremꝰ declaratꝰ ē
locus esse vere felicitatis ipsarū cōueniens
est vt locus infimus sit locus pprius vere
miserie earundem. Non enim debet esse
minor distantia inter veraz felicitatē illa-
rum. et veram miseriam earundem q3 in
ter loca congruentia huiusmodi statibus
ipsarū. Maxima autem distantia nō solū
localis ē inter supremū et infimū. sed etiā
multiplicium cōtrariarū dispositionū q̃les
sunt sūmitas τ ifimitas amplitudo τ an
gustia luminositas et tenebrositas. Sta-
bilitas τ inquietudo τ multa alia. Infimū
autem vniuersi corporis mediū terre ē q̃d
etiam cor terre nominat̄. Amplꝰ. Cū
inueniatur in vniuerso vera felicitas ani-
marū humanarum et proprius locus eius
videlicz sūmus quē celū empireum tam
frequēter nominari audisti. Similiter in-
ueniatur in eodē vniuerso medius status
ꝟe felicitatis et ꝟe miserie et quasi mixtꝰ ex
ambobus et hic est status in quo sumus.
Similiter et locus eiꝰ pprius habitatio scz
sup terram in qua moramur. Inuenietur
igitur in eodez vniuerso vera miserie ani-
marū humanarū locus eius pprius pro-

portionabiliter put possibile est ab alijs
remotus τ hee quidem rationes pene na
turales esse videntur. Tercia ꝟo ratio si-
militer naturalis videri potest cum enim
vniuersum velut domus quedam sit crea
toris qui est dominus omniū seculorum.
et rex ac rector vniuersi necesse ē vt domꝰ
eius completa sit totalitate partiū suaruz
et oportunata sufficientia congruentium
officinarū. cum vero nō dubitas q3 neces
sarius sit carcer in omni regali palacio atq3
habitatione p̄sertim vbi tanta multitudo
latronum etiam et aliorum iusticiandoꝝ
Amplius. Nulla est ciuitas ordinata
cui bonus rex presideat et bono magistra
tu regatur que non habeat locum exercē
de iusticie. Cum igitur certum sit τ omniū
phylosophoꝝ consensione firmatum vni
uersum seu mundū esse ciuitatez dei altis-
simi in qua ciues sunt homines et angeli.
hic omnis est vniuerse substācie spiritua
les abstracte exceptis demonibus malis
qui scōm statum malicie sue. τ etiam locū
quem nunc habent et quez habituri sunt
iuxta fidem et doctrinam christianam nō
ciues sed exules reputandi sunt quare ne
cesse est hanc ciuitatem que deo altissimo
rectore τ rege regitur τ magistratui ab eo
instituto locum habere vniuersalē cōmu
nem et appropiatum exercende diuine iu-
sticie. eius inq3 iusticie que pcedit ex vni-
uersali eiusdem iudicio. q̄ tibi stabilietur
in sequentibus videlicet in capitulo de re
nouatione vniuersi. et hic est locus quem
infernum intelligunt tres leges cōmunes
Amplius. Cum locum pprium et de-
terminatum habeant remunerationes eiꝰ
τ premia perennes τ perennia necesse est
vt locum pprium vindicte eiusdem ppetue
quarū ppetuitas tibi in alijs patefacta est
etiam stabilita. Amplꝰ. Cum inueni-
atur pura felicitas animarū humanarum
et inueniatur eisdem pura miseria necesse
est vt et huiusmōi miserie sit locus pprꝰ
Ista autem habitatio in qua sumus non
est congruens pure miserie vllo modorū.
cum et lucem habeat et multa alia que in
habitantes delectantur. et licet per modi-
ca felicitatis aspersione demulcēt vicinos
atq3 deliniunt. pura aūt miseria nec vera
nec pura est nisi sit vniuersalis. quare ne-
cesse est locum eius pprium non solū ni-
hil habere q̄ delectare posset aut aliqua-
tenus delinire seu demulcere inhabitates

imo quicquid habet locus huiusmoi tor-queat illos et aliquid miserie ingerat illis

Amp. sicut locus pure ac vere vniuersalis felicitatis nihil habet qꝫ nō addat felicitati aut glorie inhabitantiū ipum. Sic necesse est vt ꝓprius locus pure ac vere vniuersalisqꝫ miserie. nihil habeat qꝫ nō addat miserie. et ignominia detentoꝝ ī eadē

Amp. sicut possessores pnominate felicitatis nō solū longe sunt ab hominib⁹ malis. sed etiā cumulati sunt plenitudine bonoꝝ. que desiderari pmittit et de qbus gaudere possessores suos patit huiusmodi felicitas. Sic necesse est prefate miserie addictos nō solū longe esse ab hoib⁹ bonis que miseriam huiusmōi vel temporare vel lenire vel minuere possint. sed etiaꝫ affligi omnibus malis vt nihil in inferno vacet a tormento eoꝝ qui creatori placere et seruire recusauerunt. Cuiusmodi autē corpa habeat infern⁹ videlicet cuiusmodi ignem. hoc enī manifeste senserunt qcunqꝫ de eo recte senserūt et tres leges in hoc manifeste conueniūt. Cuiusmodi vero sit ignis ille. et qualiter cruciaturus animas nō solū corpa. et ipa corpa absqꝫ ꝯsumptione et an alia corpa sint ibi et q̄ sint illa alteri⁹ ē inuestigatōis. Et ꝓpter hoc creator bn̄dictus dedit exemplū huiusmōi mirabiliū. creans hic marā salicꝫ habitatione ignē. q absqꝫ lesione corpoꝝ cruciat intollerabiliter animas appropinquantiū atqꝫ tamgentiū et dicit ignis ille eē in regno sicilie vel ꝓpe illud vt totaliter admiratio ꝛ dubietas huiusmodi hoim. q̄ admirātur et credere nolūt. qꝫ ignis q vtiqꝫ corpus ē agere possit in spirituales substācias quorū admiratio nō tam ridēda ē qꝫ insania reputāda et hoc ē qm in semetipis et iugit sentiūt ꝛ i aliis vidēt. Sentiūt ei animas suas pati ab igne sꝫ ꝑ corpa sua vt dicunt ꝛ affligi eas nō dolore ꝯpassionis sed ipo cruciatu verissime passionis ꝛ multum distat alter ab altero nec possūt vllo modo negare qn caro paciat lesionē ab igne scilicet vstionē aut ꝯsumptionē ꝛ hoc palam ꝛ manifeste confitetur omnis anima vide licet se dolere se affligere. seu cruciari ab igne. nec vllo mō dicit anima seipaꝫ intelligēs aut cognoscens se cōsumi ab igne ꝛ dissolui essencialiter licet dicat se ardere ꝑ pter vehementē sensū caloris. Si ergo per corpus in quo ē. ita cruciat aīa hūana ab igne isto q ē apud nos quātofortꝰ ab illo infernali q incōpabiliter maior ē fortitudinis. Q si dixerit qꝛ hoc ē ꝑ corp⁹. sꝫ nō imediate patit ab igne. Rn̄deo qꝛ hoc nō ē nisi ꝑ corp⁹. iam inflamatū ab igne vel ꝑ spiritus q indubitāter corpa sunt inflamatas ad hoc igr̄ deducit eos ista cōcinatio. vt a suo corpe sed inflamato vel a mediis spiritubus inflamatꝫ paciat aīa existēs in corpe q̄re imediate patitur ab ipo igne videlicet q in corpe ei⁹ inflamato ē ꝛ in spiritibus. Inter spiritus eꝫ illos siue ignē q̄ in eis ē aut ardorē et animā ipam nihil ē mediū. Nō mirētur igr̄ de cetero neqꝫ ambigant anime hūane se posse pati ab igne illo q longe fortioris ē ꝟtutꝫ igne qui apud nos ē visibiliter ꝛ ab isto visibili se taꝫ durect dire sentiant cruciari. Audies autē ꝑ me alia sup questione ista si de statu animarū post corpora ꝛ ō statu corpoꝝ renouatoꝝ ꝑ rationē q̄les in inferno futuri sūt post vniuersale dei iudiciū tractare ꝛ scribere mihi deus donauerit. Recurrāt igit anime hūane sup ista questione veritatē ignorātes ad sensum ꝓpriū. Sensu eīn indigēt ꝓculdubio q sup hac re dubitant et etiā pena nō min⁹ indigēt q̄re sensu simul et pena tollet hmōi dubitatio ab eis.

Stabilitio amenissimi loci q vocatur paradysus terrestris.

Post hec incipiaꝫ loqui de paradyso terrestri quē plantasse deuꝫ ab inicio vl ad orientē legis hebreoꝝ lator eundēqꝫ ꝓpheta apte dixit. Sūt enim de eo narrationes hystoriagraphorū sꝫ ꝛ testimonia expimētatoꝝ q eū se vidisse testati sunt et posteris crediderūt. Attestat aūt ꝛ ei⁹ eē vel essenciā q̄ttuor nolissima flumīa. videlꝫ geon. q nūc nylus dicit Scdm physon quē nūc garigen homīes appellant. Tigris et eufrates q antiq nomina soli retinuerūt. Attestant aūt ipi eē paradysi ꝑ hoc ꝛ indicāt ipm esse ꝑ hoc qꝫ ortus eoꝝ nec ex marib⁹ nec ex fontib⁹ totius nr̄e habitationis inuenitur eē. ꝛ laboratū ē ab antiqs ꝛ regib⁹ egypti ꝛ etiā orientalib⁹ inuestigatiōe orꝰ illi qui nec dū inuētus ē. vel ab eis vel ab aliis sꝫ hoc solū inuentū ē qꝫ ab extremis finib⁹ orientis fluūt. ad quos non patet accessus hoībus. q̄re manifestū ē ortū eoꝝ nō innotuisse homib⁹ adhuc nō nisi ꝑ p̄mos parentes totius hūani generis adam videlicꝫ ꝛ euā vxoreꝫ eius. quos ibi fuisse tres leges euidēter testantur aut ꝑ spiritū ꝓphetie a

quo et ꝑ quē ꝓphete hebreoꝝ et legislato
ri fuisse creditur reuelatū. Si qs autē velit
credere hystoriographis et maxime his
q̄ de mūdi mirabilibus et velut hystoriaꝫ
nature scpserūt nō mirabitur in extremis
ꝑtibus orientis regionē eē tante amenita
tis atq̧ vernātie. vt ortus voluptatis ꝛ pa
radysus terrestris a tanto ꝓpheta. et legis
latore merito sic vocata cuꝫ regionē sodo
morū ante subuersionē illā famosam ciui
tatum que in ea erat paradysuꝫ vocare ꝓ
pter amenitatē eiusdē atq̧ felicitatem nō
dubitauerit. Sed ꝛ si quis attendat ea q̄
narrantur ab hystoriographis ꝛ hystorie
nature descriptoribus de amenitate et fer
tilitate quarūdā regionū et locorū que in
maiori india sunt nobilitatē etiā arborꝫ et
fructuū herbarū etiā ꝛ arbustoꝝ nō repu-
tabit incredibile qcquid vel a ꝓpheta vel
ab aliq̄ sapiētibus dictū ē. Si em̄ vt aliq
scripserūt tanta temperies tantaq̧ demē
tia aeris ē in ꝑtibus illis in die ꝛ tanta ter
re vt ita dicam nobilitas quō nō verisile
ē etiā nobiliorē esse regionē. a qua taꝫ no
bilia flumina tam salubres aque taꝫ copi
ose manare noscūtur. Scientie quoq̧ na
turalis astronī ꝓfessores nō tam ꝓbabi-
le q̧ etiā certū hoc facile affirmarentur cū
isti solem dicant patrē esse vegetabiliū illi
ꝟo Jouem tempatissimū partibus illis ꝑ
ficiant. Quoniā aūt huiusmōi questione
quēadmodū si quereretur an yndia sit vl'
egyptus cū paradysum omīs recte intelli-
gens eē nō minoris amplitudinis aut lati
tudinis q̧ tota maior india vel egypt⁹ vt
pote totius hūani generis habitatōi ꝑmi
tus deputatā et ꝑmis hominib⁹ adeo sc; et
eue illuc introiuisset ad habitanduꝫ et cō
morāduꝫ assignatā. quare sicut absq̧ vl
la dubitatiōe creditur maior yndia vl' egy
ptus eē p assertionē narrantiū q in eis fue
rūt vel eas viderūt vel habitatores earuꝫ
vel qui ab hmōi narratoribus audierunt
sic et de paradyso credendū est ipum esse.

Amplius. Ista questio ꝓculdubio et
sensu indiget et pena. ad sui determinati-
onem certissimā. Non ei scibile ē facile ni-
sensu paradisū eē. pena vero indiget quo
niā incredibileꝫ eē sermonib⁹ tanti ꝓphe
te imo spiritui dei eiusq̧ oraculis scel⁹ ma
nifestissimū ē et peccatū in creatorē grauis
simū. ideoq̧ omī pena ignis et gladii ple-
ctendū ꝛ exterminādū. Amp. nō ē du-
biū qn famosū sit paradysū eē famosū in
q̧ famositate q̄ iam ex milibus annorū ꝛ
amplius illesa omīno iam durauit. fama
autē que vel falsa ē vel aliqd habetur fal
sitatis ab opinione hominū nō solū obli-
uione sed etiā ↄtraria opinione et certitu-
dine cadere consueuit.

Destructio erroris quorundā ponētiū
paradysum regionē eē a tota terra distan
te et vsq̧ ad lunarē circularem eleuatum

Opiniones ꝟo hominum breuis in
tellectus et pauce exercitatione in
rebus naturalibus et doctrinali-
bus circa hec errores multas induxerūt ꝛ
questiones plurimas reliquerūt. Quidaꝫ
nanq̧ dixerunt paradysum regionem eti
am a tota terra que in medio celi ē. Sicut
alibi didicisti longe tractu terre maris ac-
risq̧ distantem et vsq̧ ad lunarē circuluꝫ
eleuatam. Hoc autem nec natura patitur
nec ratio. primū quia tantam molem aer
sustinere nō posset. quare ab initio sue cre
ationis tam ingenti ponderositate corru-
isset. et totam terram ac maria concussisset

Ampli⁹. Ista regio eēt in igne elemē-
to totaliter. Jam enim patefactum est tibi
in his que ꝑcesserunt quia ignis elemen-
tū est inter aera et celum lune. Impossibi
le igitur eēt ibi viuere vegetabilia q̄cunq̧

Ampli⁹. Terra illa ex necessitate indu
ceret eclypsim tam lune q̧ solis aliq maxi-
me in partibus orientalibus quemadmo
dū in extremis finibus armenie maioris ꝛ
indie maioris. Nihil autem adhuc audi-
tum est de huiusmodi eclypsibus. Q̄ si
quis dixerit quia terra illa regio paradysi
continua nō est terre nostre habitationis
sed mare est intermedium vel aer. qualī-
ter ergo illa quattuor flumina taꝫ magna
veniunt ad terram nostre habitationis ꝑ
mare enim tante latitudinis ꝛ ꝓfundita-
tis non est possibilis transitus fluminib⁹.
Si ꝟo aer tm̄ est intermedi⁹. Necesse igit
est terram nostre habitatiōis aut sub ipa
regione paradysi positam esse in parte vl
in toto aut pene contiguā eidem eēt ꝛ tunc
de terra nostre habitationis videretur re
gio illa q̧ nondū est auditum. Si ꝟo so-
lus aer est medius inter paradysum illū ꝛ
terraꝫ nostre habitationis nō possunt igi
tur cadere flumina illa super terrā nostre
habitationis nisi valde modicus aer essꝫ
medius. medius dico qui faciat distantiā
latitudinis non altitudinis. Si vero con-
tigua vel continua est regio paradysi nr̄e

habitationi non erit igitur forma terre cũ omnibus partibus suis terrestrib9 et maritimis sperica imo forma eius esset oblonga Jam autem declaratum est tibi alibi q̃ figura terre huiusmõi est et adhuc etiaʒ apparet tibi per aspectum in omni eclypsi lune. id enĩ qđ obscuratur de luna in omni articulari eius eclipsi arcuale est hoc ẽ arcu terminatum ex quo manifeste apparet vmbram terre piramidem esse rotundam Jmpossibile autem est corpus non spericum iacere huiusmõi vmbram. quare manifestũ est per hoc paradysum terrestrem partem esse magnã totius corpis terre. et esse in extremis finibus orientis et est veri simile q̃ ipse sit extremitas terre a pte orientis.

Propter quam causam creatus est paradysus terrestris.

Habet autẽ questiones multas ꝓpter quid creatus est. Si enim vt esset habitatio hominum ꝓpter aliud enim creatus esse non videtur cum presciret creator q̃ homines nõ erant ibi moraturi per diem integrum. Non videt igitur creasse illum ꝓpter tam breuẽ morulã habitatõis cui ergo vsui creauit ipm De alijs quidẽ animalib9 manifestũ est quia cum eiciuntur de habitationib9 suis siue per venationem siue per aliam viam quia creator substituit alia nec inueniuntur locus congruens habitationi animalium. quẽ ipse non replcat animalibus illi congruentibus nõ reliquit igitur paradysum nobilissimam regionem vacuam.

Amplius. post eiectionem et casum angelorum de celo empireo curauit fm doctrinam xp̃ianam restaurare ruinam illã et replere loca celi empirei q̃ vacua remãserant animabus sanctis quomodo ergo nõ similiter fecit in paradyso terrestri quo modo credendum est eũ voluisse tam nobilem habitationem tam preclara opera sua lignorum et fructuum ociosa eẽ ꝛ hoc perpetua. Tu ergo debes aduertere quia quẽadmodum plato et platonici putauerunt infernum esse regionem istam generationis et corruptiõis et poete in hoc assenserunt ꝓpter causas quas audies in sequentibus Sic elyseos campos et tempe somniauerũt paradysum quemadmodũ esse terrestrum. Ego autem dico hic quia locus paradysi non est habitatio congruens hominibus ꝓ statu in quo mõ sunt. et hoc est quoniam delicie corporales valde noxie sunt animabus humanis. Inebriant enim illas et alienant a veritate et rectitudine. et inducunt eas in obliuionẽ creatoris ꝛ illaqueant eos atq̃ captiuant ꝛ inducunt eas in seruitutem omnimode corruptionis. Contraria vero deliciarũ corporalium purificant atq̃ clarificant et abstringunt ab eis crassitudinem atq̃ rubiginem viciorũ et malarũ passionuʒ quapropter vtilis est multipliciter animabus humanis habitatio ista misera nec oportet vel queratur a me ꝓpter quid ergo creator sapientissimus posuit adam ꝛ vxorẽ eius in paradiso deliciarum si delicie adeo noxie sunt animabus humanis. Jam enĩ innui tibi quia delicie corpales non poterant predicta nocumenta. vel alia inferre mentibus eoruʒ ꝓpter puritatem et bonitatem atq̃ fortitudineʒ nature ipsorũ quẽadmodũ vides quia vinũ licet fortissimũ quosdam ex hominibus inebriari nõ potest ꝓpter bonitatem complexionis ipsorũ bonamq̃ dispositionem capitis eorundẽ quosdam autem licet debilissimum et ad modicuʒ sumptum statim inebriat ꝓpter molliciem complexionis ipsorum et debilitatem capitum eorundem. Sic factum est in toto genere hũano postq̃ natura hũana in adam et eius vxore corrupta est ꝛ infirmata omnes corpales delicie facte sunt eis in vinum vehementis inebriationis ꝛ in augmentũ corruptionis et egritudinis in primis parentibus adam scilicet ꝛ vxore eius. De hoc vero q̃ dicit quia debuit creator benedict9 alios homines in paradyso substituere scilicet incorruptos quibus habitatio illa deliciarum congrueret. Respondeo quia meliores et incorruptiores q̃ adam et vxorem eius naturaliter fieri non poterant quare verisimile est q̃ ideʒ de illis accideret q̃ de adam et eius vxore iam acciderat ꝛ per hanc viam iret res in infinitũ Si vero dixerit quia posseʒ eos deus custodire bonos et immaculatos. Uerum vtiq̃ dicit sed preelegit diuina sapientia ꝛ bonitate potius ex malis hominum bona elicere q̃ mala illa esse omnino nõ sinere ex causis quas audies in tractatu singulari de puidentia et cura ipius q̃bus vniuersum admynistrat et regit. De hoc autem qđ querit vt quid deus preclaram illam habitationẽ nobilissima ligna et fructus prestantissimos ociosa esse per

petuo sunt. Jam in parte respondi tibi fu per hoc quia in hominibus in statu in quo modo sunt et fuerunt a tempore corruptionis scilicet prior parentum nona valde ac perniciosa est paradysi habitatio. multi autem sunt usus et utilitates regionis illius lignorumque et fructuum eiusdem. Et prima et precipua utilitas illorum est. quia ipsi possunt potentiam sapientiam et bonitatem creatoris insinuant innuunt et loquuntur non quidem vocibus audibilibus sed apparentia bonitatis pulchritudinis et mirificentie sue que causa est et finis communis creationis omnium. Secunda est complementum atque perfectio universi corporei cui si deesset multum detractum esset non solum perfectioni ipsius sed etiam decori. Sunt et alie utilitates sicut eruditio hominum et correctio dum enim audiunt amisisse se habitationem tam nobilem et hoc irrecuperabiliter et eruditi ex hoc debent et provocari ad obedientiam creatoris et deterreri a similibus culpis illi propter quam patria illa hereditas ablata est et miserie presens exilium irrogatum. Quod si dixerit quia inutiliter creat ibi creator fructus tam nobiles cum non sit qui comedat de eis. Respondeo ei quia nec de omnibus arboribus que in habitatione nostra sunt fiunt edificia vel utensilia nec de omnibus lapidibus qui sunt in lapidicinis construuntur parietes aut turres aut propugnacula. Sed et quanta multitudo est piscium marinorum et fluvialium de quibus nemo vescitur quot etiam fere quas nemo venatur quot insuper et quante copie auri et argenti aliorumque metallorum sunt in metallifodinis que inde non extrahuntur. Nec tamen propter hoc inutiliter omnia hic creavit altissimus has enim copias et similes creavit iuxta divitias bonitatis sue et immensitatem largitatis non iuxta mensuram avaricie et cupiditatis hominum aut etiam necessitatis. Cuius exemplum unum est in rege prediuite aut predaro. qui non largitur munera sua secundum merita vel necessitates recipientium sed iuxta munificentiam principalem tanquam non attendens solummodo quanta et qualia meruerunt vel quanta aut qualibus indigeant recipientes. Sed tantum quanta et qualia deceat largiri magnificentiam ipsius. Aliud exemplum est de patrefamilias dapsili hoc autem clargo in dapibus qui non attendit quanta vel qualia comestituri sint et invitati sed quanta et qualia apponere quam splendida mensa deceat largitatem ipsius. Tercium exemplum est in fonte copioso et abundanter inundante cuius aque non fluunt iuxta mensuram sitis et possibilitatem habendi vel hauriendi bibentium inde vel haurientium. Quartum exemplum est in sole qui non lucet pro capacitate oculorum videntium neque etiam illis solis qui eum videre vel intueri possunt. sed irradiat super omne illuminabile pro copiositate luminositatis sue. Quintum exemplum est in igne qui non calefacit providentia calefieri volentium. imo iuxta fortitudinem et virtutem caloris sui. propter quod intendit et ignit etiam calefactibilia quibus obviaverit.

De ligno vite quod est creatum in medio paradysi scilicet propter quid lignum vite dicatur.

De ligno vero vite questionem habet propter quid lignum vite dictum sit et dixerunt sapientes hebreorum atque christianorum. quia virtus ligni illius talis erat. hoc est vite conservativa ut quamdiu homines illo ligno vescerentur a morte corporis immunes penitus servarentur. Quod si dixerit quis quare hanc virtutem habet omnes sani cibi Respondeo quia revera ita est sed ad modicum et ad tempus breve. non autem imperpetuum lignum vero vite virtutem habebat huiusmodi ut etiam imperpetuum vitam conservaret ex illo vescentium. Si esset divine voluntatis beneplacitum ut tamdiu essent homines in paradyso terrestri. et ipse exigentibus culpis eorum penam mortis inferre eisdem. vel transferre in paradysum celestem ac spiritualem per mortem corporum non proui disset quamquam per aliam viam hanc translationem pro beneplacito suo facere posset quod dico propter hoc quia questionem habet an tanta mutatio valet a statu habitationis paradysi terrestris ad gloriam paradisi celestis sine morte corporis fieri potuisset. hoc tamen indubitanter verum est quod si pro morte translationem huiusmodi creator omnipotens statuisset mors illa penalis omnino non esset. et hoc est quoniam causa mortis. id est peccatum non precessisset. hoc autem unum est eorum que perscrutatius investigando reservo tractatui de renovatione universi. Caue autem tibi fabulis et deliramentis hebreorum quibus nec aliis

erationes febricitantium errare et in cre-
dulitate comparabiles sunt Una est autē
ex deliramētis eorum q᷑ arbor siue lignū
vite in altitudine habeat iter quingento-
rum annorum. quapropter grossicies eius.
hoc est trunci vel stipitis eius. maior erat
grossicie totius terre. Aliud deliramentuꝫ
est q᷑ dicunt arboreꝫ vite ambulasse. Sūt
et alia multa non minus erronea et incre
dibilia et risu digna vel potius irrisione q̄
ipsi tolerabili cecitate non solum opinant
esse vera sed etiam paruulis et insipienti-
bus dogmatizant. Si q̄s auteꝫ querat q̄-
liter lignum vite per fructum suum virtu-
tem habebat conseruandi vitam corpora
lē in corporibus tunc incorruptis et neces
sitate moriendi nullatenus abdictis vl' eti
am addictis propter peccatum ipsorum at
tendat q᷑ mirra et aloe et balsamum atq̄
sal et multa alia etiam corpa hominū cor
rupta. et q᷑ plus est mortua multo tempo
re seruant a corruptione putrefactionis.
multo etiam medicine vitam plungant vl'
conseruando naturalem humiditatem et
vitalem calorem vel purgando seu repri-
mendo ea per que corpa humana morti
maxime appropinquant. Quidam vero
p renouationem quandam sunt enī que-
dam habentia renouatiuam virtutem. si
cut carnes serpentum vocantur tiri experi
mento istud cognoscere potes atq̄ narra
tionibus multis q̄ inter homines audiun
tur et ego de plurimis notissimis et famo
sis et maxime ppter quia scilicet renoua-
tiones istas in seipsis hab uerāt audiui ta-
lia. non est igitur mirabile si arbor vite vel
fructus virtutem eius habebat conserua
tiuam vite humane.

Stabilitio loci qui purgatoriū appel
latur in quo anime humane purgationeꝫ
in vita ista inceptiua et non completiuaꝫ
pficiunt.

De loco vero purgationis animaꝝ
quem purgatorium vocant an sit
propius et deputatus purgationi
animarum humanarum seorsum a para
dyso terrestri et inferno atq̄ habitatione
nostra questionem habet. Uerum quoni
am manifestum est in quibusdam anima
bus multa restare purganda post morteꝫ
corporum suorum. anteq̄ purgationē hic
cōpleuerint q̄ penitētia ē s̄m doctrinā xp̄ia
nā vel subito ꝛ iprouisa morte rapiūt siue
p gladium. siue per suffocationē siue paf-
sionis alicuius vehementia. que animē
interfiat necesse est restare vt compleat id
quod restat et deest de purgatione sua. q̄-
re et locus nisi hec fiant necessari⁹ ē ꝛ hoc
est quem purgatorium dicunt. Q̄ si q̄s di
xerit quia non restat agendum post hanc
vitam de purgatione animaruꝫ s; statim
vbi a corpib⁹ exeunt vel ad celos euolant
si absq̄ culpa mortali sūt vel si culpā mor-
talem habent ad inferos rapiuntur Dico
quia non dubium est intelligentibus pec-
cata quedam leuia esse pro quibus infer-
nalia supplicia non debentur. Cū huius-
modi autem peccatis impossibile est ele-
uare in celuꝫ. quare alicubi necesse est pur
gationem istam fieri et ita in aliquo loco
hic autem est locus quem querimus. Q̄
si dixerit quia huiusmōi peccata deponū
tur cum ipso corpe et sola depositione cor-
poris dimittunt animam humanam mū
dam et liberam merito quare ab eis ppt̄
quid non et maiores culpe mortales exi-
muntur ipsa depositione corporis Am
plius. manifestum est quedam vicia inhe
rere tenacius animab⁹ humanis et quas-
dam passiones difficile mobiles ꝛ per cō-
trarias cōsuetudines paulatim minui vel
remitti donec radicitus extirpentur. Sic
se habet ex necessitate et ō maculis que ex
huiusmōi relinquuntur in animabus de
huiusmodi igitur maculis q᷑ momenta-
nea et subita depositione corporū abster
gi. Amplius. Quedaꝫ culpe mortales
facilius deseruntur quibusdam leuibus.
facilius enim penitet quis ab homicidio.
vel latrocinio quam a risu nimio vel dele
ctatione cibi et potus et hoc est quoniam
peccata illa grauissima horrore suo deter
rent et diffugant a seipsis. Illa vero suaui
tate sua animas nostras alliciunt et deti-
nent. quare si ista leuiora tam facile relin-
quuntur vt sola morte corporis deleatur.
quanto fortius illa que cōstant esse mino-
ris adherentie ac tenacitatis. Amplius
Non est dubiū quin peccata omnia que
vocant actualia voluntate seu volūtarie
contrahantur q̄re contraria voluntate ne
cessario deseruntur. In eis autem que di-
xi videlicꝫ qui subito moriuntur locuꝫ nō
habet voluntas contraria quia nec etiam
cogitatus de correctione vel emendatiōe
Secum igitur deferunt anime hūane hu
iusmodi peccata cum igitur nec cū eis trās

feran̄tur ad celum nec p eis detrudantur
in infernum necesse est eas expiari anteq̄3
in celestem gloriam transferantur. Est igi-
tur loc⁹ vbi purgatio ista siue expiatio sit
animarum. Amplius. Cu3 manifestū
sit nō omnia peccata equalia esse nec du-
bium sit peccata expiari posse vel perpetu
am vel per penitenciam inequaliū aute3
peccatorum expiationes equales esse nō
possunt quēadmodū nec econuerso se3 in
equalium eq̄les equales inq̄3 vel tempo-
re vel grauitate vl' asperitate. quare si que
anime equalia habent peccata ⁊ simul in
ceperint expiationis peccatorum suorum
facere vel impossibile erit alteram prius exi
re de corpore suo q̄3 alteram vel alteri⁹ ex
piatio complebitur post exitum a corpe.
Manifestū autem est quia nō est im-
possibile altera3 prius exire de corpe suo q̄3
reliquam. Similiter non est impossibile
vtraq3 exire ante completam expiationem
Quod si autem completam expiationem
alterutra exiuerit. vel vtraq3 complenda
igitur erit expiatio huiusmodi in futuro. et
propter hoc in aliquo loco ⁊ hic est locus
qui queritur hic. Si vero dixerit q̄a post-
q̄3 inceperit purgationem necesse est eam
morari in corpore suo. donec eam consu-
mauerit ergo medio tempore non posset
occidi homo ille vel aliter mori q̄ est ma-
nifeste friuolum. Attestatur aute3 et q̄ di
co latinorum ritus antiquissimus qui ex-
piationes huiusmodi seu purgationes fa
cere consueuerunt anni sui mense secūdo.
Unde et nomen illi mensi inde imposue-
runt februarij illum vel februarium nomi
nates. Similiter et si quis sacra plutonis
antique scrutari voluerit inueniet ibi plu-
uia que adhuc faciunt quāq̄3 huiusmodi
cultus et sacra non solum vanissima sint.
sed etiam deo altissimo odibilia et irā ei⁹
contra mortales prouocantia. sicut per me
alibi didicisti. Amplius. Inter culpas
grauissimas que mortales vocantur est ex
necessitate via et medium propter quas pri
mum felicitatis eterne redditur alioquin
esset reuersio siue conuersio ab illis ad vir
tutes huiusmodi hoc autem est impossi-
bile manifeste videlicet non esse reuersio-
nem a malicijs ad bonitates. ipsa em̄ ani-
me humane mutabilitas non patitur ali-
quem hic immutabiliter esse bonū vl' ma
lu3. Similiter neq3 dei altissimi misericor
dia aut iusticia. Amplius. Hinc error

sensus ipse et experientia frequētissima cō
tradicit cū manifeste quotidie videas et
bonos malos fieri ⁊ malos bonos vl' eru
ditione vel flagellatiōe ⁊ diuini numinis
adiutorio. Malos autem non dico fieri
quosq̄3 nisi propria adinuentione vicia em̄
⁊ peccata adinuentiōes eorū sunt. in qui-
bus sunt non adite vel indite vel innuisse
Si autem medium est ⁊ via atq3 reuersio
a malicijs ad bonitates et a vicijs ad v̄tu
tes. Manifestum est quia illud medi-
um ⁊ via non est nisi purgatio et expiatio
qua de causa necesse est per expiationem
minui vicia atq3 malicias animarum hu
manarum minui inq̄3 q̄ntum ad opera et
q̄ntum ad cogitationes et passiones. atq3
debilitari habitus malos per contraria3
consuetudinem. ita vt iam non ex ipsis p-
cedant actus mali siue interiores siue ex-
teriores donec radicitus extirpentur ⁊ sic
facilis ingressus virtutibus in animas hu
manas quarū aduentu anime ipse confor-
tentur decorentur et velut renouato ex in
timis iuuenescant. et hoc idem interdum
fit hic possibile tamen est ipsi creatori ani-
marum subito animas quas voluerit ex-
purgare. et qualiter hoc fiat iam dixi tibi
in tractatu singulari de hoc. qui est de iu-
stificatione malorū et penitentia. hic au
tem intentio mea est de expiatiōe anima
rū. q̄ ē ⁊ de diuina iuria satisfactio ⁊ expia
tio hoc ē ⁊ aīa3 hūana3 emēdatio ⁊ diui
ne irē placatio oīa aūt ista conuenientissime
fiunt per afflictionem que vocatur purga
toria propter hoc. Nemo enim est cui non
manifestum sit et terrena et mala deside-
ria extingui per afflictiones. et hoc ipsum
attestatur natura que docet non solū ho-
mines filios suos et aliter subditos p fla-
gella et afflictiones corrigere ⁊ auertere a
vicijs et peccatis. sed etiam multa anima-
lia. Amplius. Si creauit creator altis-
simus ignem quo purgantur metalla cu3
incomparabiliter maior sit ei cura de pur
gatione animarum humanaru3 quomo
do non creauit et ignem quo anime pur-
garentur humane. Qd' si dixerit q̄s quia
sufficit afflictio plenitudinis et dolor inter
nus spiritualis quem habet vere penitēs
pro eo q̄d peccauit. Uerum vtiq3 dicit quia
sufficit quandoq3 et hoc est cū vehemens
⁊ fortis adeo fuerit habens q3 perfectiōes
quas alibi tibi scripsi. Uerum si pauci fue
rit ⁊ pauce afflictionis non sufficiet ad istā

expiationem quare necesse est vt adiuue-
tur hic donec suppleat quicquid deest hu
iusmodi expiationi. q̃ si hic. id est in vita
ista factū nō fuerit necesse est vt post hac
vitam apponatur supplementū. Am
plius. Quoniam iam stabilita est alibi ti
bi penitentia que est indubitanter purga-
tio animarum humanarū et placatio dei
altissimi. Manifestum est tibi per hoc
quia animabus post corpora est expiatio
et purgatio de necessitate cū possibile sit
et manifeste contingat multas penitenci-
as in vita ista nō compleri quapropter ne
cesse est vt post hanc vitam compleantur
que enim clementissimi creatoris adiuto-
rio purgari ceperunt hic impossibile est re
manere impurgatas autem enī est in po
testate earum positum postq̃ corporibus
exute sunt vt compleant purgationē hic
inceptam. aut non est. Si sic ergo cū tan
to libentius quanto propinquiores se vi-
dent glorificationem sue. hoc merito faci-
ant tantoq̃ liberius et expeditius quanto
ab ipso corpore et impedimentis que ex p
te corporis. et a vita mundi istius liberate
sunt necesse est eas perficere in vita illa ce
ptam in p̄senti expurgationem. quare ne
cesse est esse locum huiusmōi purgationi-
bus deputatum. Si vero non est in pote-
state eorum cum manifestum sit eas pur-
gationem suam desiderare et modis om
nibus velle nihil verisimilius aut credibi
lius est q̃ clementiam creatoris satisface-
re tam pijs desiderijs earū et supplere eis
omīpotenti virtute sua q̃ ipse sine eiusdē
adiutorio nec etiam incipere potuerunt.

Qd̄ si dixerit quia culpa earum fuit vl̄
q̃ nimis tarde expurgationem huiusmōi
inceperunt. vel q̃ desidiose nimis et negli
genter in parte ista egerunt. alioquin eā
potuerūt perfecisse. Dico quia homo iste
omnino ignorat et virtutem vere peniten
tie et ipsius penitentie veritatem nō enim
ē vere penitens. nisi qui omnino auersus
est corde et voluntate a malicia sua hoc ē
a vicijs et peccatis et ad deum conuersus
et eidem adherens toto corde talis igitur
iam deseruit maliciam penitus et appre-
hendit bonitatem. factusq̃ est bonus to-
taliter interi⁹. quare vel nihil restat in eo
expurgādum interius nisi forte leues ali-
que culpe vel forsitan aliquid eis pacien-
dum restat per quod satisfaciat dei hono
ri atq̃ iusticie et huiusmodi passiones no
min aui tibi penas purgatorias et penitē-
tiales tu etiam nosti consuetudinem que
apud homines est qui volunt sibi satisfie
ri p̄ irrogatis iniurijs per penam aliquā
vel condignam. vel minorem. et hoc est
cū clemētes sunt homines et iusti amant
autem penam huiusmodi non liuore vin
dicte. sed amore iusticie quod est cum vi-
derint eam emendatoriam et correctoriā
pacientiū et multo amplius amarent eas
si viderent animas exinde purgari et de-
corari quia igitur tales intelliguntur pene
purgatorie que ceptam in hac vita purga
tionem penitencialem perficiant et supple
ant. leuesq̃ ac velut desuper aspersas ma
culas leuium peccatorum abstergēdo ani
mas purificent et decorent necessarie sunt
multis animabus et per eas diuine satis-
fit iusticie pariter et clementie vt supra te-
tigi tibi necesse est animab⁹ hūanis post
corpora et tempus et locum habere huius
modi expurgationis. Qd̄ si dixerit q̃
quia clementissimus ac benignissim⁹ crea
tor non amat vel querit tormenta. et cru-
ciatus animarum cum ipse sit essencialiter
atq̃ fontaliter misericors iam in alio tra-
ctatu satisfeci tibi super hoc et iterum dico
quia creator sublimis et benedictus sicut
essencialiter ac fontaliter ē misericors sic ē
essencialiter ac fontaliter iustus et propter
hoc sicut non querit penas animarū aut
cruciatus per se. Sed quia multipliciter
vtiles animabus et salutares. Sic nō que
rit eas quia tormenta sunt animarum hu
manarum hoc enim intentio crudelitatis
est dyabolice. sed potius quia iuste et ho-
nori suo conuenientissime in quantū enī
iuste et bone sunt. Sicut iusticia inquantū
iusticia bonitas. Sunt etiam decore quo
niam decent et iusticiam eiusdem et meri
ta pacientium vel pacientes p̄pter merita
mala quanta vero sit pulchritudo iusticie
inde manifestū est tibi quia tam vehemē
ter diligitur ad eam intueri p̄ualent et vi-
dere q̃ vtilis autem et q̃ salutaris sit ho-
minibus in parte ista dei iusticia quia me
tu future purgationis etiam alias non de
territi penitencialem purgationem et faci
lius et citius in presenti vita incipiunt atq̃
diligentius et strennuius p̄sequuntur ac
satagunt consumare anteq̃ vita ista de-
fringantur.

Alia stabilitio loci in quo purgantur anime defunctorum que purgabiles sunt

q Uod autem fidem indubitatam facit de purgatorio et purgatione huiusmodi visiones sunt et apparitiones animarum seu hominum qui in huiusmodi purgationibus existentes post mortem corporum suorum apparuerunt tam multi et tam sepe et amicis suis vt adiuuarent eas et eis suffragia procurarent. Similiter et premonentes eos vt sibi a futuris suppliciis precauerent. Apparuerunt similiter et viris sanctis multi petentes ab eis suffragia sua vel vt ab amicis eorum ea ipsis fieri procurarent faciunt et ad hoc testimonia rediuiuorum hoc enim est qui de morte corporis resurrexerunt qui statum animarum et prophetarum et aliorum in predictis purgationibus existentium narrauerunt et testificati sunt prout inuenire potens in gestis scriptis et narrationibus xpianorum de huiusmodi apparitionibus petitionibus et querelis premunitionibus et reuelationibus que non solum auditu iocunde sunt Sed etiam vtiles ad modumque salutares multumque proficientes ad correctiones hominum a suis viciis et peccatis vehementer prouocantes ad amorem sanctitatis et desiderium eterne felicitatis. Amplius. Non est lex de tribus magnis legibus que in purgationem animarum post mortem corporum non consenciat et etiam gentes que leges non habent. neque creatoris benedicti noticiam vel fidem et semper intenderunt et adhuc intendunt suffragari animabus defunctorum et adiuuare eas vt liberentur et transferantur ad celos vel in deos etiam tanque deificata. gens vero xpianorum et orationibus et elemosynis et sacrificiis omnique genere bonorum operum credit adiuuari animas defunctorum vsque ad diem vniuersalis iudicii non quidem omnes vsque ad perfectam liberationem et expurgationem. non enim credit sic esse purgabiles eas que iam in inferno detinentur. Similiter neque animas paruulorum qui preter baptismalem sanctificationem a suis corporibus exiuerunt eas vero solas ad perfectum purgabiles que penitentes vt supra dixi in alterum seculum migrauerunt huiusque solus prodesse posse ad liberationem omnimodam predicta suffragia ex hac vita in alteram que cum iustificatione seu iusticia penitenciali ex hoc seculo transiuerunt in alterum. Restat igitur vt qui expurgationes siue expiationes istas negant animarum post corpora vel concedant omnes animas vere hic penitentes solam penitudinem et iustificationem interiorem absque aliis operibus et satisfactione sufficere vel non. Qui si sufficere credunt necesse habent confiteri superuacua esse opera huiusmodi videlicet que penitentes pro peccatis suis in omni lege agere consueuerunt. Similiter orationes obsecrationes quoque et sacrificia facere vbique noscuntur. Amplius. Manifestum est non omnes penitudines interiores equales esse nec omnia vicia vel peccata. Aut si igitur determinatum est quanta huiusmodi penitudo siue afflictio et dolor penitudinis sufficiat ad plenam expiationem animarum perfectamque reconciliationem ad creatorem aut non est determinatum. Qui si dixerit determinatum esse quantitatem necesse habet hoc intelligere altero duorum modorum quorum primus est vt intelligat vnam aliquam quantitatem doloris penitencialis que sufficiat pro omnibus eque. videlicet pro magnis vt pro paruis peccatis. ita vt non sit necesse penitentibus aliquid amplius agere pro eo vt reconcilientur creatori. Sequitur ergo vt si forte maioris quantitatis fuerit dolor quam sit illa determinata partem habeat superfluam. et etiam quod iniustus sit iustificator animarum deus altissimus qui maiorem infert penam doloris penitentii quam exigant culpe illius. Qui si dixerit quia additur dolori vltra debitum et exigentiam culparum additur in profectum virtutum et in medicinam. Uerum vtique dicit sed de dei iusticia non se expedit vel absoluit. Neque enim humana iusticia hoc patitur vt pro inequalibus deliciis equalis iusticia fiat et quod pro vno et pro multis vel equalibus vel maioribus pena et eadem infligatur quanto magis ergo iusticia diuina hec non pacietur. Alter vero modus est vt intelligat determinatam esse penam penitencialem in quantitate ita scilicet quod vnicuique peccatorum debeatur propria non vna scilicet omnibus. sed maioribus maior et minoribus minor. Intelligo autem hoc de pena penitudinis interiori. Dico igitur si penam huiusmodi infert deus in vindictam et ex iusticia sola possibile est forte quod dicit, sed huiusmodi penitudo siue a est atque perfecta i

vnum paciens est simul recipere infinitas passiones. Q. si dixerit quia cum nouum aliquid fit non est necesse infinita simul fieri. Sed necesse est quedā fieri que adiuuent ipm nouum adesse. quedaȝ vero destrui que impediebāt illum. Recidit in idem infinitatis inconueniens et hoc est. qm̄ nō ē minus incōueniens infinita destrui vł īfinitas destructiōes fieri qm̄ īfinita fieri vł infinitas generatiōes esse ei sequtur ex hoc ꝙ impossibile sit aliquid fieri. quoniā in cuiuslibet noui factione necesse erit infinita destrui. Sicut autem impossibile est infinita simul fieri. Sic et impossibile est infinita simul destrui. Ex his etiā accidit ipsi Auicenne in omni cuiuscunqȝ noui factione vel creatione infinitas innouationes fieri. Et potes ratiocinari si vis super hoc iuxta eandem breuius et lucidius vt videtur scd̄m hunc modum vt dicas noui causam nouam esse vel scd̄m se vel scd̄m aliquid ꝙ apud eā est vel fm aliquam ex dispositionibus aut comparationibus que circa eam sunt ⁊ hee sunt quibus vel adiuuatur vel impeditur et hec ē intentio mea noui ⁊ nouitatis in hoc.

Manifestū est igitur omnis noui causam noui esse scd̄m hunc modum. Quia igitur causa noua est nouum et p modum istum necesse est et ipam causam nouā habere p modum eundeȝ. et ita ibit res in infinituȝ vel erit circulus in causis. Jam autem declaratuȝ est tibi impossibile esse causarum ascensionem infinitam. Similiter et circulum.

a D eam vero pbationem quaȝ adieci ibi. et dicebam quia sufficientia cause causa est que efficit ꝯiunctionem inseparabilem inter causam ⁊ effectum ꝙ quidem pbabile est et eius probabilitas multos decepit. Respondeo qa causarum alie sunt opationes p necessitatem et hee sunt cause naturales. ⁊ non est eis potestas sup operari neqȝ libertas aut electio ad vtrūlibet pper quod dixit aristoteles. quia natura operatur p modum seruientis. Exemplū aūt hmōi ē ignis de q̄ fas. quia non est ei potestas supercalefacere et nō calefacere neqȝ libertas eligēdi vtrūlibet. imo necesse habȝ calefacere obuiantem sibi materiam receptibilem actionis sue. Alie vero cause sunt operantes per voluntateȝ et electionem et inter has sunt que operantur per voluntatem inuitabilem aliud contrariū videlicet volūtatem. Similiter ⁊ renouabilem vel cōsilio nouo vel suasione noua vel aliqua ex passionibus quales sunt amor ⁊ odiū dolor et gaudium. spes et timor. ira et pax. huiuscemodi eniȝ vel mutatur voluntas ad contrarium vel noua generatur in volente et indubitanter in huiusmōi verum est quia cum nouum aliquid operātur quod prius non operabantur necesse est vt innouatio aliqua fiat vel in ipis agentibus vł in aliqua ex dispositiōibus et cōparationibus sepe dictis. Debes tamen scire. ꝙ nō est necesse vt omne destruitur aut perit vł destruatur nouo aliquo agente in ipsum. quedaȝ ei sūt adeo debilis esse adeoqȝ infirmi vt psemetipa deficiant et hoc manifeste vides in tempore et motu. tempꝰ eñi nullo impellente fluit in non esse Creator enim operatur per liberrimaȝ ac dominātissimam atqȝ per omnē immutabilē voluntatem et pter hoc ꝯiunguntur ei causata sua cum vult et separantur ab eo cuȝ vult. Jn causis igitur naturalibꝰ que per necessitatem vt predixi tibi operantur sufficientia huiusmōi sufficit ad pdictam cōiunctionem. Similiter et in operantibus voluntarie apud nos et hoc est quia non est in potestate eorum postqȝ posse scire vł nolle ceteraqȝ dispositiones concurrerint vt nō incipiant operari. Jn creatore vero pter liberrimam ac dominantissimam eiusdem voluntatem atqȝ immutabilitatem non est necesse vt operetur vel incipiat operari nisi cum vult. Et attende quia possibile est vt creator velit modo aliquid poterit tamē nō velle illud absqȝ vlla mutatione voluntatis sue. Jn nobis autem ecōuerso se habet ex necessitate ⁊ hoc alibi didicisti et pter hoc errauit Auicenna in hoc. Similiter et Aristoteles qui viderunt ꝙ creator posset velle aliquid. ⁊ posset nō velle illud absqȝ vlla voluntatis sue mutatione. quemadmoduȝ et de scientia se habȝ. quia scit creator aliquid futurum esse. quod tamen possibile est nō fore. Si accideret ipsum non fore tūc creator in veritate modo non sciret ipsum fore. Quare scit aliquid creator ꝙ impossibile est ipm non scire modo. et hoc absqȝ vlla mutatione q̄ in ipso fiat. vel scientia ipsius ⁊ hoc est ꝙ ipsi non attenderunt in creatore benedicto.

p Ost hec autem addam et alia anteq̃ veniam ad rationes Aristotelis et dicam. quia homines erraverunt circa novitatem mundi ꝓpter brevitatem intellectus sui et difficultatem ymaginationis sue. Difficilimum enim est eis ymaginari omnem locum aut mundũ esse aut ultra mundum ⁊ non possent explicare se vel evolvere ab intentionibus istarũ dictionum extra vel ultra. Similiter neq; ab intentione eius ꝙ est ante et post. De hijs autẽ iam expedivi me et te. Et ex hoc errore et hac difficultate quevit quidã phylosophus ex ytalicis inquiens. ut quid innumera secula dormierunt. an dormierat creator per secula innumera et postmodũ quasi expergefactus creavit mundum huiusmõi enĩ hõ de hijs fuit. qui non potuerunt ymaginari tempus finitum cõtinens omnia tempora cũ dicat innumera secula dormisse ac si temp⁹ innumera tempora precessissent. De hijs autem iam expeditus es et expediens melius in capitulo pmo contra errorẽ Aristotelis. De hac scilicet questione. Utrum ab eterno creavit deus mundum. Cum enim nihil aliud ipm ad creandũ induxerit q̃ bonitas sua purissima et largissima et hec nõ imminuta neq; adaucta. neq; aliter per aliquem modorum immutata ⁊ ipe similiter p omnem modum immutatus nec de novo vidit utilitates ꝓpter quas mundus crearet⁹ erat nec maiores eas viderit in ipa creatione mundi q̃ in sua eternitate nec sibi factorem creationẽ eius tunc q̃ in eternitate. Ut quid igitur creavit eum tũc potius q̃ in eternitate. In quo respondeo. quia ipa ista disputatione. Solutio ẽ questionis apparet enim ex ipa disputatione non stetisse hoc vel impedimentum fuisse ergo magis crearet. ab eterno vel in eternitate mundus perfectum et impedimentum qui esse a parte creatoris. Quare manifestũ est. ꝙ a parte mundi fuit istud impedimentũ cuius natura non fuit ab eterno creabilis nec susceptibilis eternitatis ⁊ hoc declarabitur tibi in prenominato capitulo non solum de mundo sed de omni possibili. quia ipa sua natura que est possibilitas ꝓhibitũ ẽ ab eternitate.

p Er eandem viam et modum eundem respondebis ad omnes similes questiones videlicet cum queritur quid intendebat creator in creatiõe mundi. aut intendebat gloriam suam in creatione mundi. aut utilitatem mundi & rerum mundalium. aut utrumq;. Quodcũq; autem istorum dicatur. Manifestũ est quia causata esset de creatione mundi si ab eterno fuisset creatus creatoris gloria quanto ipi mundo ⁊ rebus mundalibus maior utilitas quanto eternitas tempore maior est. ab eterno igitur debuisset eum creasse. Qꝫ si dixerit. quia nihil horum intendebat creator sed ꝓpter semetipsum tm̃ vel gratis ipm creavit tanto magis debuit eum creasse ab eterno. Scito tamen quia ubi dicit gratis dicit intentionẽ aliene utilitatis. De hoc vero ꝙ creator dicit aliquid facere in laudem et gloriam suam. Scito quia laus et gloria creatoris cũ intimius cogitata fuerit est tota et sola utilitas aliena. Ex hoc enim non solum maxime. sed etiam singulariter et solummodo ꝙ alijs bene est ab ipso et quicquid bonẽ habent. habent ab eodem. de hoc vero ꝙ dicit quia et gloria in infinitum maior eẽt ei et ipi mundo et rebus mundalibus utilitas. Similiter in infinitũ maior Uerum est hoc. Sed nõ sequitur ꝙ ꝓpter hoc debuisset creasse mundum ab eterno quoniam impossibile est ut dixi tibi mundũ creatum fuisse ab eterno. ⁊ non est huiusmodi sermo quemadmodum si quis diceret. Si deus creasset te impassibilem ⁊ maior gloria esset deo de creatione tua et maior tibi utilitas debuit ergo te creare impassibilem. Dico ꝙ non quoniam non debuit aliquid facere deus ꝙ fieri non poterat quecũq; utilitas ab ipso sequeretur. tu enĩ non poteras fieri impassibilis naturaliter et ideo non debuit te creator talem facere

p Ost hoc autem conveniens est ut ponã hic rationes Aristotelis quibus ipe induct⁹ fuit ad credendũ eternitatem mundi ubi oportet te reminisci eorum que precesserunt hic per que responsum est sufficienter eis per que astruere conantur motum eternum esse in libro quem vocavit auditum et ꝓpter hoc non repetam tibi rationes illas neq; responsiones predictas. Dicit igitur aristoteles in libro suo celi et mundi quia natura determinavit quibus semper nõ esse ut impossibilibus que scilicet naturali et ꝓpria possibilitate ꝓhibita sunt esse. Sicut quedam

monstra que contrarietas naturaruz esse
non patitur qualem fingunt chymeram ꝛ
multa alia. Quibusdaz determinauit na
tura quandoqꝫ esse et quandoqꝫ non esse
Sicut vides in animalibus et hominibꝫ
et multis alijs. quare necesse est ꝛ quedaz
animalia esse qbus natura determinaue
rit semper esse quare nō solus creator sem
per est vel eternus. imo multa alia cuz eo
et adiuuatur ista ratio per hoc quod dicit
Auicenna. quia si inuenitur alterum con-
trariorum in vniuerso nature atqꝫ mediū
inter illa necesse est vt inueniat et reliquū
et ponit exemplum de aceto et oximelle ꝛ
melle. quia cum inueniatur acetum in vni
uerso nature et inueniatur oximel quod
est mediū inter acetuz et mel necesse est vt
inueniatur in vniuerso nature et mel quo
niam acetum est alterum duoruz contra-
riorum. Mel vero reliquum scd̄m ipsum.

Amplius. Adiuuatur ista ratio ꝑ hoc
ꝙ si aliter esset duo inconuenientia vidē-
tur sequi. Primum quia incompleta esset
contrarietas huiusmōi cum deesset ei par
tium suarum principaliū altera ꝛ hoc nec
decet creatorem nec decet naturam videli
cet incompletum aliquid facere naturali-
ter. Maxime si illud susceptibile fuerit cō
plementi Aliud inconueniens est quia in
vniuerso esset vacuū nature. quemadmo
dum si in vniuerso colorum deesset alterū
extremorum aut aliqua species mediorū
hec autem natura non patitur. sicut enim
vacuum loci. Similiter vides ꝙ in gene-
re animaliū non est vacuitas nature que
indubitanter est defectus alicuius ex spe-
ciebus. Ex hijs igitur omnibus videt̄ ne-
cesse esse vt in vniuerso inueniāt̄ iste tres
maneries videlicet semꝑ existentia ꝛ quā
doqꝫ existentia. Semper autem existen-
tia hec sunt eterna. Sicut sempiternitas ē
eternitas scd̄m vnam intentionez. Si au
tem inuenitur multitudo semper entiū vl̄
existentium inuenitur multitudo eterno-
rum et mundus siue vniuersitas eorū eter
nus. Iuxta hunc modum est ratiocinari
de hijs tribus videlicet necesse impossibi-
le possibile. Et dicit Aristoteles quia ne-
cesse habet virtutē vt semper sit et vt nūqꝫ
non sit. Impossibile vero habet virtutez
vt nūqꝫ sit et exemplificat de dyametro ꝛ
latere. quia dyametro est virtus vt nūqꝫ
equalis lateri sit. et ista virtus non potest
intelligi, nisi ꝓhibitio ab ip̄o esse et elon-
gatio immobilis atqꝫ inappropriabilis.
Et quia prolixus est sermo Aristotelis cir
ca hoc dico. quia esse de creatione et rebꝫ
alijs non dicitur scd̄m vnam intentionem
neqꝫ vniuoce sicut album de colore et de
superficie equiuoce dicitur. Color enī di-
citur albus essencialiter et non scd̄m par
ticipationem. Non enim dicitur albus in
habendo seu participando albedinez sed
in essendo ip̄a albedo. Superficies vero
alba vel paries albus econtrario. Sic cre
creator non dicitur ens in habendo ipsuz
esse. Sed in essendo ipsum suum esse vt ꝑ
omnia idem intelligatur in eo quod est ꝛ
quo est. In nullo autez aliorum. sic est in
omni nanqꝫ alio aliud ē ꝙ ē et aliud quo
est et scd̄m participationem generaliter
omne aliud a creatore dicitur ens quare
quemadmodum si quis dicat alba non
comprehendūt simul vna intentione colo
res et colorata. Sic qui dicit entes ꝛ entia
non comprehendit simul creatorem ꝛ cre
ata quoniam vna positione vnius nomi-
nationis non potest equoce vti. Per hāc
igitur interemptionem non ꝓcedit ratio
illa Aristotelis Q̄ʼ autem dicit quia natu
ra determinauit quibusdaz rebus vt sem
per non sit quamqꝫ multam habeat calū
niam sermo iste et ꝓpter sermonem natu
re et ꝓpter verbum determinandi quorū
neutrius intentionem suam vel intellectū
determinauit. neqꝫ enim quid naturam
sibi vocet explicat neqꝫ quid intelligat ip̄m
determiare manifestat. Respōdeo tamē
quia nulla natura aliquid determinauit
creatori. licet verum sit ꝙ natura sua no-
bilissima semper sit et nulla sit ei penitus
ad non esse appropinquāda possibilitas
In rebus autem creatis impossibile est ꝑ
hunc modum se habere. et hoc faciam te
scire in sequentibus neqꝫ conueniens est
neqꝫ vlla necessitas hoc exigit vt si multi-
tudo est semper non entium vel existenti
um. Sicut nō est necesse. si est multitudo
virium quod sit ꝓpter hoc preciosior neqꝫ
si est multitudo effectuum ꝙ sit ibi et cau-
sarum. Eodem modo se habet de riuulis
et fontibus de ramis et radicibus licet cō
trarietas nonnulla sit inter eos non enim
multitudinem riuulorum sequitur ex ne-

cessitate multitudo fontium vel multitudi-
nem ramorum multitudo radicum. Tu
autem iam non dubitas quoniam creator
omnium aliorum entium et quin ipsa sint
effectus eiusdem et quin se habeat de ipsa
et modo aliquo per modum fontis ad ipsa
et ipsa per modum riuulorum ad ipsum. Si
militer et per modum radicis a ipsa. et eco
uerso ipsa per modum ramorum ad ipsum.
licet non proprie et multum dissimili vt ita
dicatur similitudine. Inter res igitur crea
tas et vniuersum creatum locum hunc hu-
iusmodi comparationes et similitudines
quibus vtitur Aristoteles non connume-
rato aliquatenus creatore cum ipsis et si for
te apud creaturas teneant non est necesse
vt ad creatorem esse per similitudinem se ex-
tendant cum creator ab ipsis ei distantiam
immensurabili dissimilitudine incogitabi-
li eisdem supereminneat et super sit et licet
dicat aristoteles quod quibusdam est virtus
vt semper sint quibusdam vero vt semper non sint.
Debes scire quia sermo eius non est verus
in hoc. Illud enim videlicet semper esse sin
gulariter est proprium et nulli ex rebus cre-
atis inest virtus vt semper sit etiam si ve-
esset quod quedam ex eis semper esset nulla
enim sua virtute est vt subsistat. Iam enim
declaratum est tibi alias quia esse accidit
vnicuique preterquam soli creatori cui soli essen-
ciale est ipse igitur est sua virtute et semper
est fortitudine stabilitatis sue. Vnumquodque
quod autem aliorum eius virtute et dono est
sicut est et quamdiu est et quantum in se est re-
cideret in non esse nisi virtus et bonitas
creatoris ipsum retineret et stabiliret in es
se. Mirabilius autem est quod dixit quia qui
busdam inest virtus vt semper non sint si
ue ad semper non esse tanquam non esse sit fi
nis alicuius virtutis ei natura et dederit
principium ad hoc videlicet ad non esse.
Cum manifestum sit quia non esse nihil est
neque a natura vnquam desideratum aut que
situm. Et si enim negatio sequatur ex af-
firmatione non tamen affirmatio est ad
hoc vel propter hoc ex esse enim album se
quitur non esse nigrum. albedo tamen non
est ad hoc scilicet propter non esse nigrum
Sicut in exemplo quod ipse ponit de dyame-
tro et latere siue costa quia nec dyameter
nec magnitudo eius et propter hoc vt non
sit equalis lateri et idem est de latere. Se
quitur tamen ex necessitate de quibuscumque
quod duabus lineis. quod si fuerint in eodem qua-
drato sic se habentes vt altera sit illius qua
drati dyametri altera vero costa ipsas non
esse equales quemadmodum sequitur de qui-
buscunque duobus corporibus quia si fue-
rint in eodem toto sic se habentia vt alte-
rum sit eius medietas alterum quarta il-
la non esse equalia cum tamen nec propter
hoc ibi sint nec propter hoc sint simpliciter.
Nec minoris erroris sermo quo dixit quia
virtus inest quibusdam vt quandoque non
sint. sed vt quandoque corrumpantur et vt
quandoque desinat esse cum hoc ex virtu-
te esse non possit videlicet desinere esse.
Nulli enim dubium est quin hoc sit ex
debilitate ipsius esse et quin defectibilita-
tem proprie sequantur defectus et desino
abesse. Sed ipsemet et expositores atque se-
quaces opinionis ipsius. Dicunt quia ex
potentialitate est ipsum non esse. Nemo
autem dicit defectibilitatem aut desinibi
litatem virtutem esse ymo contrariam no
minationem ei attribuit videlicet impo-
tentiam debilitatem eas vocantes.

Post hec autem conueniens est
vt adducam rationes et proba
tiones ad stabiliendam nouita
tem mundi et destruendam eter-
nitatem eius. Non enim satis est respon-
dere rationibus econtrario sentientium
et dissoluere questiones eorum et contra-
dicere opinionibus ipsorum ad comple-
tam certitudinem. nisi et probationibus
irrefragabilibus astruatur veritas et decla-
retur. Ex hiis ergo duobus completur ve
re recteque phylosophantis intentio. Inci-
piam igitur ab ipsis mundi testimoniis et
dicam quia stant apud omnes nationes
amabiles hystorice et cronice narrationes
in quibus narrantur conditiones siue edi
ficationes atque fundationes ciuitatum ma
gnarum nominatarum. Similiter et ini-
cia regnorum omnium ex quibus mani-
festum est et ipsum mundum habuisse ini
cium in tempore. Cum igitur omnia hec
que dixi inicia certa habuerint. Si mun-
dus ante ea in infinitum durasset fuisset in
infinito tempore absque ciuitatibus et re-
gnis et ita ociosus et vacuus in maiori par-
te vultatum suarum. Sed de istis iniciis

esset eadem questio q̄z ⁊ ipse Aristoteles ⁊ sequaces eius de inicio mundi referunt. Contradicere autem tot et tantis testimoniis non stulticie tm̄ sed intollerabilis est demencie. Restant et hystorie hebreorū ⁊ xp̄ianorum adam primum hominem fuisse testantes. sed et ipse ꝓpheta hebreorū hoc ipsum testificatur in ꝑncipio legis hebreorum cui tam magnificis signis m̄adatis et ꝓdigiis ipse creator testimoniuz perhibuit cum eidem prophete nisi per signa gens hebreorum credere voluisset. Cōtradicere autem testimonio tanti ꝓphete cui et ipse creator testimoniū perhibuit tantorum signorum contradicere est ipi creatori et mendacem facere illum.

P Rocedam autem vlterius ⁊ dicaz quia ipse totus mundus cōfitetur se habuisse inicium. ex tempe autem hoc potes audire ab eo et intelligere valentibus. Confitetur eniz potētialitatē suam et se esse possibile esse ꝑ se quare cōfitetur potentialitatem seu possibilitatem essendi esse sibi naturalē et a seipō. Actualitatem autem siue actum essendi recepisse aliunde siue ab alio ⁊ hoc est quoniam possibile siue potentiale inquantuz ꝙ huiusmodi siue per hoc ꝙ huiusmōi nō euenit in actuz essendi siue adesse. Sed neqꝫ per aliud simile inquantū simile hoc ē inquantū potentiale siue possibile sed remanet in sua potētialitate et possibilitate q̄ntum in eo est. quare ⁊ in non esse ſm actū siue in non esse actualiter Quia igitur potentialitas est ei naturalis. erit et non esse eidem naturale. quare erit prius ex necessitate q̄ꝫ ipsum esse. Naturalia autem ꝑora sunt vnicuiqꝫ rei ex necessitate q̄ꝫ aduenticia. Similiter et ꝙ per se est vnicuiqꝫ prius est ei q̄ꝫ ꝙ aliunde vel ab alio. Quare mundus his omnibus consideratis cōfitetur se accepisse esse post nō esse. Amplius. Cum manifestum sit mundū factuz vel creatum esse. Album vero non fiat nisi ex nigro. et calidum ex nō calido. ergo ens mundus non est factus nisi ex nō ente. In omni autem factione ꝑus est ex necessitate id quo fit aliquid quoniam ipsuz factum. quare prius nō ens fuit mundus q̄ꝫ factus fuit ens. fuit aliquādo igitur nō ens ⁊ ꝓpter hoc nō semꝑ fuit ens. Amplius. Cum esse accepit mundus a creatione quoniam ab illo et est et habet eē. aut accepit illud cum iam esset. et hoc ē impossibile quoniam cum erat habebat eē. non est autem possibile ip̄m accipere qd̄ habebat. Q̄ſi dixerit. quia accepit illud quando habebat quoniaz subito accepit illud et non partes tunc igit̄ accepit illud quando ipsum primo habuit. quare aliquando primo illud habuit quando primo habuit esse tunc indubitanter incepit eē. aliōquin igitur incepit esse. Q̄ſi dixerit ꝗa incepit esse non quādo habebat illud aliquando igitur nō habuit illud quare aliquando nō fuit mundus quare incepit esse omne enim qd̄ aliquando nō fuit ⁊ aliquando fuit incepit esse. Amplius. de ꝑ naturali potētialitate sua eductꝰ ē mūdꝰ in actū eēndi. ergo nihil subito vlꝫ ꝑ ptes siue continue. Q̄ſi subito ergo in instanti siue in nunc temporis. quare in illo nunc primo fuit in actu essendi siue in esse. In illo ergo incepit esse et hoc est ꝙ querebā Si vero per partes siue cōtinue exiuit de potentia in actum huiusmōi exitus indubitanter generatio fuit. generatio autez finiti in tempore finito est ⁊ ex vtraqꝫ terminato. Generatum autem de toto tempore sue generationis nōdum est sed fit ⁊ in termino generationis primum est et incipit esse quare mūdus incepit esse in termino sue generationis cum antea non fuerit. Sicut neqꝫ alia generata. Nullū eniz generatum potest esse aut potuit vnq̄ꝫ ante complementum sue generationis.

Amplius. Potentialitas ⁊ actualitas sunt contraria. Similiter potentia et actꝰ et non sunt simul in eodem. nec se compatiuntur aut igitur potentialitas essendi ꝑcessit actum in mundo. aut non precessit. Si dixerit quia precessit. fuit igitur huiusmodi potētialitas sine actu quare fuit mūdus aliquando in potentia essendi et nōdum in actu. fuit igitur ens in actu aliquādo mundus quare non semper. Q̄ſi potentialitas nunq̄ꝫ precessit actum in mundo cum manifestū sit quia naturaliter prior est ipō actu. Nō igitur ordo nature seruatus est in creatione mūdi. Contra ordinem igitur nature est ꝙ mundus semper est in actu. Amplīꝰ. Qualiter creatus est mundus a creatore. aut est generatus ex corruptiōe scꝫ alteriꝰ. siue ꝑ corruptionē illiꝰ. aut factꝰ ex aliq̄ ꝑter corruptionē illiꝰ vt domꝰ ex lignis ⁊ lapidibꝰ ſ vnq̄ꝫ fit aut

creatus et nihilo factus aut aliter ab eo de creatus. Siue autem sit generatus siue sit factus vt dixi post non esse accepit esse. Si vero creatus hoc est de nihilo factus. aut subito creatus fuit. aut continue et per partes. Si subito ergo in aliquo nunc tempo(r)is quare tunc cepit. Si vero pars post partem et continue in termino creationis sue videlicet in quo creatio eius completa fuit incepit esse quoniam tunc primum fuit Eadem via procedendum est quocunque modo aliter causatum a creatore dicat illum quoniam necesse est vt causationem eius dicat esse subitam siue subito factam. aut partem post partem dicat esse causatam.

Amplius. Quid dicet de genere humano aut dicet ipm similiter eternum et nullum esse primum hominem aut non. Si dixerit eternum esse et nullum ex hominibus fuisse primum. Cum pater ex necessitate sit causa filii. et auus causa patris et ita in infinitum necesse habet cofiteri causas ascendere in infinitum causas scilicet efficientes Pater enim est causa efficiens filii quantum ad generationem corporis siue ambo parentes hoc est pater et mater. Jam autem declaratus est et stabilitus status causarum cum omni genere cause. Et patefactum est impossibile esse vt ascendant in infinitum et hoc apud Aristotelem et sequaces ipsius atque expositores librorum ipsius.

Procedam et alia via et dicam quia necesse esse per se et possibile esse per se cotraria sunt. Eodem modo et necessitas per se et possibilitas per se. Similiter antiquitas et nouitas. Sicut quia necessitas per se causa est eternitatis siue antiquitatis erit ex necessitate vt possibilitas per se causa est eternitatis siue antiquitatis erit ex necessitate vt possibilitas per se sit causa nouitatis siue tempalitatis quare sicut necessitas per se non inuenitur nisi in vno solo qui est creator benedictus. ita et eternitas siue antiquitas non inuenitur nisi in eodem

Amplius. Sicut necessitas per se non sustinet nouitatem cum eo in quo est siue temporalitatem. ita et necesse est vt possibilitas per se non patiatur secum in eodem subiecto eternitatem. Quare impossibile est vt aliqua rerum creaturarum eternitatem esse et in aliis dispositionibus similiter se habet Necessitas enim per se neque creationem neque corruptionem neque generationem temporalem secum patitur. neque illius modo rum inceptionem. Quare necesse est vt possibilitas per se econtrario se habeat. et ista probatio fundata est sup hanc radicem videlicet cotraria cotrariorum causas esse per se et sup hanc aliam radicem que est proportionalium alteri est et alteri et sup tertiam radicem. quia que sunt proportionalia ex necessitate sunt et permutatim proportionalia. Quapropter cum quemadmodum se habet necessitas per se ad eternitatem et antiquitatem. Sic possibilitas per se ad nouitatem seu tempalitatem quare si necessitas per se causa est eternitatis seu antiquitatis erit possibilitas per se causa tempalitatis et nouitatis. et si eternitas vel antiquitas consequens est vel comitans inseparabile necessitatis per se. Erit similiter ex necessitate tempalitas et nouitas consequens vel comitans inseparabile possibilitatis per se.

Et quoniam rationes que hucusque posite sunt partim ethice sunt siue morales. vt ille videlicet que sunt ex testimoniis. partim vero naturales et methaphysice. prosequar rationes methaphysicas circa hanc opinionem. Aristotelis. et dicam in primis quoniam accidit Aristoteli non plus fluxisse horam de toto tempore preterito quam diem vel mensem vel annum nec etiam ante quam mille milia annorum. Huiusmodi autem probatio est quia si dixerit aliquis horam fluxisse vel ante quam mille milia annorum fluxissent. aut illam horam precessit tempus infinitum aut non precessit Si precessit eam tempus infinitum. Certum autem est. quia mille milia annorum pars fuerunt temporis infiniti illius. quare in toto illo suo precesserunt horam predictam. Non igitur hora illa plus fluxit quam mille milia annorum nec solum mille milia annorum precesserunt horam illam. Sed etiam infinita milia cum tempus infinitum ex necessitate cotineat infinita milia. Quod si horam illam non precessit tempus infinitum aut precessit eam tempus finitum. aut nihil temporis. Si tempus finitum Initium igitur illius fuit initium temporis totius. Quare tempus infinitum initium. Si autem nihil temporis precessit horam illam

Manifestum est. quia initium illius hore fuit initium totius temporis. Quare manifestum est. quia secundum opinionem Aristotelis non fluxit hora de toto tempore quam mille milia annorum. et quia non est designare quam non precesserit infinita milia annorum.

Amplius. Cum infinitum vt ipsemet dicit

alibi intransibile sit ⁊ maxime motu fini-
to. tempus aūt totū qđ p̄terijt infinitū ēvt
ip̄e dicit aut finitū. Quod si finitū h; igr̄ initiū
Quapropter et motus et hoc est ei contra
riū. Si autem infinitum qualiter ergo to-
tum iam transijt fluxus enim ipsius non ē
infinite velocitatis nec maioris est veloci-
tatis q̄ꝫ motus celestis. Ponam autē ad
hoc exemplum de aqua et dicam. quia si
ymaginatus fueris aquā infinitam ⁊ po
nas fluxum eius finitū hoc est vt per fistu
lam finitam vel causale finitū et finita ve
locitate effluat nō erit nūq̄ꝫ possibile ipā;
totam effluxisse. Amplius. Totū ip̄m
futurū ſm Aristotelē infinitū est nec finie-
tur nunq̄ꝫ. Non igitur minus ꝙ futurū ē
de tempore toto q̄ꝫ quod p̄terijt de eodē;
equales sunt velocitates quibus totū p̄e
teritum fluxum siue preterijt et totū; futu
rum p̄tereundum est neutrū autem est ad
finem preteritionis eius ꝙ de tempē iam
preterijt tanta velocitate fluxit nō obstā
te infinitate ipsius. Venietur igitur et ad
finē; preteritionis totius temporis quod
futurum est cum equali velocitate preter
mundū sic qua illud preterijt non obstan
te infinitate eiusdē;. Quare necesse ē ip̄m
finiri. Amplius. In toto preterito tem
pore celū compleuit reuolutiones finitas
aut infinitas. Si finitas necesse est ꝙ in tē
pore finito quoniam tot partibus tempo
ris equalibus quot ip̄e fuerūt cū paris ve
locitatis sint omēs reuolutiones celi. Erit
igitur totū; tempus quod preterijt vsq; in
presens nunc finitum. Si vero dixerit. q̄a
infinitas reuolutiones compleuit celum
toto tempore preterito ymaginabor quia
ista ymaginatio possibilis ē intellectui ꝙ
duplo minori velocitate motum fuerit to
to tempore preterito. Quia igitur ē ꝓpor-
tio motus ad motum eadem est pertran-
siti ad pertransitū; in eodem tempore vl'
equali ex necessitate necesse est vt eodē; tē
pore non nisi medietatem reuolutionum
iam completorum compleuerit. Reuolu-
tiones igitur quas compleuit toto tempo
re preterito celum habent medietatem et
per eandem viam habebūt quartā ⁊ octa
uam et ita in infinitum. Manifestum
autem est quia infinitū medietatem non
habet. Amplius. Cum ymaginat ecō
uerso videlicet ꝙ duplo velocior mot⁹ to
tius celi in toto tempore quod preterijt er
go ꝑ eandem rationē duplo plures erunt
reuolutiones complete in eodem tempo
re. Non autem erat completurum celum
plures reuolutiones eis que precesserunt
et eis que future sunt. Simul acceptis tot
autem compleuisset duplo maiori veloci-
tate reuolutum quare finiuisset motū suū
Amplius. Non est dubiū quin duplo
plures reuolutiōes compleuisset duplica
ta velocitate motus et in eodem tempore
quare numerus reuolutionū iam comple
tarum habet duplū et est medietas alicu-
ius numeri. Nō est igitur infinitus huius
modi numerus cum et medietatem habe
at vt dictum est et etiam duplum. Am
plius. manifestum est quia celum solis vl'
sol ip̄e perficit vnam reuolutionū suarū;
in anno vno ſcđm motū suum medium ⁊
equalem ymaginabor igit̄ exempli gratia
annū; huius reuolutionis trecentorū lx.
dierum equalium ita vt vnicuiq; diei gra
dus vnus solaris circuli deputetur. Erit
igitur per ea que audisti ꝓportio mot⁹ ip̄i
us celi ad motū; solis ꝓportio que est tre-
centarum ho. ad vnam. Quare et reuolu
tionū celi et reuolutiones solis erit eadē;
ꝓportio. Erunt igitur reuolutiones solis
et anni reuolutionum eius ad reuolutio-
num celi et annos reuolutionum eiusdē;
In ꝓportione vnius ad trecentos lx. Nec
te conturbet ꝙ dixi annos ⁊ annos quia
idem est ac si dicerem q̄ntū ad celū; dies.
Eodem modo est considerare de reuolu-
tionibus Saturni que sunt ad reuolutio
nes solis in ꝓportione vnius ad triginta
Similiter ⁊ de reuolutionib⁹ Jouis quo
niam similiter sunt ſcđm eundem motum
medium ad reuolutiones solis in ꝓporti
one vnius ad duodecim. et per eandē; vi
am considera de reuolutionibus martis.
Veneris Mercurij et Lune. Inuenies ei
ꝓportiones eorum a reuolutione celi cer
tissimas. et hoc est quoniam ꝓportiones
extremorum agregantur ex proportioni
bus ip̄orum ad media et mediorū; ad in
uicem. Inuenies igitur quia reuolutiōes
vniuscuiusq; planetarum ſcđm computa
tionem astronomicā; erit pars certissima
hoc est certissime proportionis ad vniuer
sas celi reuolutiones simul acceptas que
complete sunt toto tempore qđ termina-
tur in presens nunc. Impossibile autē est
infinitum esse cuius partes certe compa-
rationis et proportionis ad ipsū; inueni-
untur ⁊c.
Tautem manifesti.

dea et certiora sint hec declarabo. quia nō
potest esse continuum aliquod infinitum
Et primum declarabo hoc in linea et faci-
ā sciri qa nō potest esse aliq̄ linea īfinita
ex altera pte tm̄. ptrahaẗ ei linea a.b. īfini
ta ex pte b. ⁊ supponaẗ ex ⁊ sit i terra a. ⁊ b
cubitꝰ. Deinde applicetꝰ ei alia infinita q̄
voceẗ c.d. infinita scꝫ ex pte d. applicetꝰ aūt
ei sit vel supponatur vt sit c. punctus indi-
rectū b. vel sup ipm̄ b. Dico igr̄ qa a b. ma
ior est c.d. cubito vno ꝙ est inter a ⁊ b. Il-
lo em̄ cubito excedit eam ex altera vero p
te non excessus alterius in alterā hoc est a
pte infinitatis. Si em̄ excessus esset videli
cet ita vt altera ex pte illa extenderetur iu
xta alteram incipet excessus in aliquo pū-
cto siue esset excessus finitus siue infinitus
quare ille punctus esꝫ tercius linee mino
ris esꝫ igr̄ terminata ex vtraqꝫ pte nō eēt
igr̄ infinita. posita autē erat īfinita vtraqꝫ
Restat igr̄ vt ex illa pte a pte scilicet infini
tatis non est excessus alterius ad alteraꝫ.
⁊ ideo ex necessitate a parte illa equales p
diffinitionem equaliū ē igitur excessus al
terius ad alterā Sicut dixi intellige igitur
ꝙ linea c.d. trahatur. super lineam ad b.
donec punctus c. sit sup punctum a. ⁊ pun
ctus d. sup punctū c. aut ergo est excessus
minor alterꝰ ad alterā ex pte īfinitatis. Iā
ostēsuꝫ ē tibi ꝙ nō ē infinita vtraqꝫ hoc au
tem erat positū ab altera vero pte non est
iam excessus cū iniciales termini earuꝫ vi
delicet c. et a. simul sint. quare ex necessita
te modo sunt equales p diffinitionē equa
liū que est. Equalia sunt quoꝝ altero alte
ri supposito neutrū alterū excedit ꝑus aūt
erāt inequales. quare cum neutra creuerit
aut decreuerit adhuc sunt inequales. qua
re sūt simul equales ⁊ inequales. et hoc ē
impossibile ergo et illud ex quo seqtur est
impossibile hoc non ē nisi lineam illam in
finitā esse ex altera parte. Erit autēꝫ decla
ratio hec compendiosior atqꝫ lucidior Si
intellexeris a puncto b. ꝓtractam aliam li
neam infinitaꝫ cuius ꝑncipiū sit pūctus c.
et suppositam parti ꝑoris linee q̄ para in
cipit a b. Dico igitur. qa linea illa equalis
est illi parti a.b. linee cui supposita ē qua
re est minor ex necessitate q̄ꝫ tota a.b. In
tellige igitur ꝙ trahatur linea illa ad par
tem a. donec ꝑncipiuꝫ eius hoc est ꝑmꝰ
punctus eius sit sup a. punctum. Quia igi
tur supposita a b. linee non excedit eaꝫ vł
exceditur ab ea quoniā non excedit eam a

parte infinitatis vt ꝑmonstratum est tibi.
Sed neqꝫ a parte a. cum ꝑmus eius pun-
ctus sit super a. Erit igr̄ equalis a.b. linee
ꝑus autem erat equalis parti eiusdem vi-
delicet ei parti q̄ incipit ab ipo b. et ꝓcedit
in infinitum. Amp̄. Per eandē viam
demonstrabitur tibi ꝙ infinitum ē maior
a.b. et hoc est quoniam si extraxeris eā ad
huc per cubitum citra a. Dico quoniam il
lo toto cubito excedit a.b. Residuū em̄ ab
illo cubito ē equale linee a.b. ⁊ hoc est qa
sicut dixi a parte infinitatis non excedit a.
b. illud residuum non exceditur ab eo est
igitur illud residuuꝫ a ꝑnominato cubito
equale linee toti a.b. quare manifestum ē
ꝙ illo cubito excedit lineam a.b. et eadeꝫ
est via ad demonstrandū ꝙ excedit eā du
obus cubitis videlicet si extraxeris eam ꝑ
dicto modo p duos. Similit̄ et mille mi
libus cubitorum inuenientur excedere eā
si intellexeris eam tractam ad eandeꝫ par
tem per mille milia cubitorum ⁊ ita in in-
finituꝫ. Quia igitur posita linea ex altera
parte tantūmodo infinita. Sequitur ista
inconuenientia et impossibilia manifesta
videlicet partem esse equalem toti ⁊ eiaꝫ
maiorem et hoc in infinitum scilicet maio
rem partem toto suo in infinituꝫ. Ma
nifestum est esse impossibile id ex quo om
nia ista impossibilia sequitur hoc autem
est lineam aliquam esse infinitam ex alte
ra parte tantū tractus enim linee quātus
est vel applicatio linee ad lineam nihil ad
dit vel detrahit magnitudini eius que tra
hitur. Similiter neqꝫ applicatio linee ad
lineam addit vel detrahit alterutrius ma
gnitudini.

a ddam et aliam manifestationeꝫ
ad hoc. Dico igitur quia si linea
moueaẗ vel trahatur scd̄m rectū
sue longitudinis mouebitur equaliter cui
libet ex punctis suis. Verbi gratia. Si mo
ueatur vel trahatur per cubitum quibusli
bet eius punctus mouebitur tantidem ⁊
transibit cubituꝫ. Si ergo terminus linee
ex altera parte infinite a. et tota linea illa
infinita vocetur a b. ⁊ sit c. punctus distās
a.b.a. p cubitū. Dico igitur quia si linea a
b. moueatur a loco in quo est vsqꝫ adhuc
ꝙ est dicere per cubitum. dico ꝙ a. transi-
bit cubitum illum et perueniet ad c. et simi
ter quilibet ex aliis punctis tantidē transibit
quare punctus in linea a.b. p cubitū erit ī
fine bꝰ motus in pūcto i quo erat a. et idē

est manifestū de q̄libet ex aliis quare ma
nifestū est q: hoc mō mouet eq̄liter linea
omnis siue finita siue infinita sit cuilibet
ex punctis suis. Eodē mō ē ascendere ꝛ de
qualibet ex ptibus suis. Tota igr̄ linea a.
b. mota ē pcubitū. Omne autē qđ moue-
tur tm̄ relinqt vl' exit d loco quē exigit qñ
cum acqrit vel intrat de loco in quem mo
uetur ꝛ itez om̄e quod mouet ab aliq̊ lo-
co in aliū siue moueatur fm ptem siue fm
totum. hoc ē siue exeat illum fm partem ꝛ
intret alium fm partez siue exeat illū fm
totum ꝛ intrent aliū scđm totū. totum est
ex necessitate inter duo illa loca siue inter
partes illoꝝ locoꝝ. Quare ex necessitate

Amplius. Omne quod mouet a loco
in tantū locū relinqt post se de loco i quo
erat prius quantū acqrit ante se de loco no
uo ꝛ om̄e quod hꝫ post se ꝛ ante se finituz
est. Silr ostēdi potest. qa omne quod po-
test moueri finitū est cum motus nō pos-
sit addere vel detrahere quātitati. Quare
si finitum ē ex necessitate omne quod mo-
uet finitum ē ex necessitate om̄e quod po-
test moueri Q̄ si dixerit. quia infinitū
nō potest moueri qn trāseat in īfinitū spa
ciū. Respōdeo qa sermo iste impossibilis
ē ꝛ error intollerabilis. ꝛ dico. qa si aliqd
mouet et trāsit in finitū trāsit qualibet par
tem ipsius tam finitā q̄z infinitam. Quare
transit finitū de illo spatio prius q̄z trāseat
totū illud finitū. Amp. Si in spacio il-
lo finito nō trāsit ad infinitū. q̄cq̄d autē
nō trāsit de illo remanet intransitū ab eo-
dē. quare remanet quodlibet stadiū de il-
lo spacio intransitū est. ergo ꝛ mille milia
stadioꝝ vbicunq; signētur in illo spacio i-
uenientur intrāsita. Qualiter igr̄ tota illud
spacium infinitum per transitum.

i Am igr̄ declaratū est tibi p hoc q:
nō est possibile lineā aliquā infini
tam eē ex altera pte tm̄ ꝛ p eandez
viam facile ē tibi ostēdere et de supficie et
de corpe. Ex hoc aūt euidēter sequit. q: si
nō ē possibile lineam infinitā eē ex altera
pte tm̄ multofortius ipossibile erit ex vtra
q; pte illam infinitā eē. Si ei impossibile ē
duorum alterum eē multofortius ambo.

Amplius. Si a.b. linea infinita ex vtra
q; parte. Dico quoniā quodlibet punctuz
signatum in linea a.b. est terminus duarū
linearum infinitarum ex altera parte tm̄ a
quolibet ei hmōi puncto pgredit linea i
finita et infinita tm̄ ex altera parte cū infi
nuatur ex necessitate in puncto a quo pro
gredit. Q̄ si dixerit q: ab aliquo puncto
linea a.b. nō pgredit vlla linea īfinita tm̄
hoc erit in parte alterā Esto igr̄ in pte a. p-
a. igr̄ nō erit nisi linea illa de tota linea a.
b. quare post a. nō erit nisi finitū de tota li
nea a.b. quare erit a.b. finita ex pte a. po
sita autē erat linea a.b. ex vtraq; parte in
finita. Amplius. Mediū est in linea et
in omni cōtinuo ē post qđ nō est an prius
q̄z ante illud aut ecōuerso. Et itez mediū
in linea ē a quo deducti ppēdiculari ꝛ cir-
ca ipm reuolutis eo ꝙ est ante illud et eo
ꝙ est post reuolutis inq̄z ad ppendicula-
rem donec alterū supiaceat alteri int̄ que
inuenitur excessus. Iterū mediū linee cu-
iuscūq; est certa quod reuoluta pte q̄ post
ipm ē donec subiaceat pti que ante ipsum
ē cū alterius in altera nō inueniat exces-
sus. Quia igr̄ posita linea ex vtraq; pte in
finita hoc accidit in omni puncto illi9 ne-
cesse ē ex pdicens diffinitiōibus eē punctuz
cuiuscūq; linee infinite mediū eē inter illa

Amplius. Omne punctū est medium
in quacunq; linea cum in eo facta sectiōe
ipa diuidit in duo equalia. Quia igr̄ hu-
iusmōi necesse ē accidere in omni pūcto cu
iuscunq; linee ex vtraq; parte infinite. ne-
cesse est omne punctū hmōi linee mediū
eē in eadem. Ex hoc autē accidit partē esse
equalē toti. Preterea. ratio quaz posui de
medio nō potest cōuenire duob9. Esto eī
ꝙ cōueniat a ꝛ b. punctus in aliq̄ linea sit
infinita cū a. sit mediū in ea qđ erit pl9 id
quod ē de ipa linea ante a. q̄z ꝙ ē p9 ipm
Silr cum b sit mediū in eodē simili' se ha
bere dicat quare id de tota linea ꝙ ē inter
a. ꝛ b. cū eo ꝙ est post b. Simul acceptuz
nō erit plusq̄z id qđ ē post b. p se sumptuz
et ita nō erit plus totū q̄z pars illud enim
qđ est post a. ē totū ad id qđ ē post b. quo
niā cōtinet illud et insup id quod ē inter b
et a. accidit insup ex hmō positione q̄ si
licet ponit linea infinita ex altera parte vt
pars sit in infinitū maior toto. Si enim c.
d. lineā infinitā pdicto mō subiacere intel
lexeris a b. linee infinite. ita vt punctus c.
supiaceat puncto b. Nō ē dubiū qn linea
c.d. sit equalis parti linee a.b. parti i qua
que incipit a b. puncto ꝛ pcedit in infinitū
ꝛ equalitas ista manifesta ē per diffinitio
nē equaliū et si traxeris eam ad partē a. ci
tra a quantūcunq; volueris ꝛ p mille mi-
lia stadioꝝ remanebit equalis sꝑ linee a

b. ex parte infinitatis ambarū sicut iam fe-
ci te scire quare toti residuo quo tracta est
citra a. excedit illā sp erit igit maior ea mil
le milibus stadiorum et iterum milies mi
le milib9. Si tm̄ eā tractā in ptem p̄dictā
intellexeris. Prius autē demonstratū ē ti-
bi eam eē equalē parti linea a. b. et videlz
parti q̄ incipit a. b. et pgredit in infinitū
qre ps illa linee a. b. maior erit ipa linea a
b. in infinitum id ē absq3 mensura aliqua
determinata.

i Am igr̄ declaratū ē tibi nec lineaz
nec supficiē corpus infiniti eē pos
se ex altera pte tm̄ et multo fortius ex
vtraq3 vel ex omi nō erit impossibilia ali-
cui istoz triū infinitas. Quia vero similes
sunt pnnuitates mensurarū huiusmōi et
tpis necesse ē et in tpe silr se habere et hoc
iam declarauit Aristoteles in libro suo d
auditu. Qui si voluerit calūniari q nō pos
sumus tractus p̄dictos et applicationes fa
cere ad tempus nō effugiēs p hoc dico ei
qa tempus simul fluit cū motu et motus cuz
tpe et a corpib9 motis trāseunt spacia lo
calia vel situalia pportionaliter fluxui tē
poris et motus. Quēadmodum igr̄ feci te
scire quia si a quocūq3 motu trāseat spaci
um infinitū, necesse ē vt ab eodē trāseatur
p̄ua pars illius spacij q̄3 totū et pars d illo
finita q̄3 ifinita. Sic necesse ē vt a. cuiq3 si
transeat idē spaciū infinicies trāseatur pri
ua millesiea q̄3 millesies et prius semel q̄3
millesies et infinicies q̄re celū p̄us fec vnā
reuolutionē q̄3 infinitas et p̄us partē reuo
lutionis q̄3 totā cōpleuerit. Jam autez de
structū ē in p̄cedētibus. Amplius. In
telligibile ē tēpus velotius posse fluere ali
quantulū q̄3 fluat vel trāseat. Similiter et
tardius. Esto igr̄ q fluat vel trāseat velo-
tius ita vt fluxus eius sit velotior quātita
te vni9 hore. Dico igr̄ qa totū tempus ef-
fluet alias effluxerūt vna hora p̄us q̄3 eēt
alias effluxerūt q̄re a pte finis relinquunt
post se vnius hore spaciū. quēadmodum
si aliqd intelligatur moueri velotius q̄3 mo
ueretur ante ita vt trāseat maius spaciū p
cubitū q̄3 alias trāsiret. Sicut occupat an-
te se vnū cubitum supra id quod alias oc
cuparet ita post se reliquit plus vnum cu-
bitum supra id quod alias reliquisset qua
re ei tpi detrahit p istam adiectionem ve
locitatis a pte finis vna hora quare finie-
tur et necessitate in puncto vno q est inici
um hore illius si hora illa futura esset. Cau
sa aūt in hoc eēt quoniā q occupat ptenti-
tio siue antecessio. hoc amittit futuritio.
Exemplū aūt huiusmodi ē in aqua q̄ tota
effluit si intelligat fluxus ei9 augeri quan
tulūcunq3 videlz in tm̄ q̄ntū ē fluxus mille
modiorū ex necessitate accelerabit ei9 ef-
fluxio tāto tpe q̄ntū reqrit flux9 mille mo
diorū. Quare detrahet toti tpi in tanto et
nō detrahet ei a pte p̄ncipii detrahet igr̄
ei a pte finis et ita finiet ex pte illa et nō ef
fugit Aristotel. qn si intelligibile ē vt auge
atur in duplū velocitatis cursus tpis aut
si minuat in duplū quādo habebat medi
etatē et quādo habeat duplū. Silr nō ef-
fugit illud impossibile videlz. q omē nūc
in tpe infinito ex vtraq3 parte fit mediū in
toto tpe illo cū nō habeat plus de tpe an
te se q̄3 post se vel ecōuerso. Amplius.
Addā et istā vltimā manifestationē ad hoc
et dicā, q creator benedict9 aut potuit dif-
ferre creationē mūdi p horā aut nō potu-
it. Si nō potuit cuiusmōi illū arctabit ne
cessitas ad creādū. Preterea hoc reputa
ipi icōueniēs videlicet q de9 nō potuerit
aliqd qd in se ē possibile nulli eīm dubiū ē
qn mūdus in seipo sic possibile eē q̄re q̄n-
tū in ipo ē creabile ē eius eē in ifinitū nul-
la aūt necessitas arctabat creatorē ad acce
lerandū eousq3 creationē ipius q̄re possi-
bile fuit differri saltē p horā creationez ei9
posito aūt possibili non accidit impossibi
le. ponat igr̄ istud qd p horā dilata sit cre
atio mūdi. Dico ergo qa i fine hore illius
creatus fuit mūdus quare tpus a creatōe
eius vsq3 nūc finitū cū sit ex vtraq3 pte ter
minatū. Jam aūt didicisti alibi qa si fini-
tum remanet nec detracto finito p̄us erat
finitū et si finitū addit finito totū erit fini-
tū qa igr̄ finitū remanet cū tpe toto qd est
a creatōe mūdi vsq3 nūc. Solo finito de-
tracto scilicet hora dilationis p̄dicte ergo
cū illo detracto erit ex necessitate finitum
quare nō ē possibile vt sit ifinitū cū nō sit
possibile. vt detracta illa hora. Solūmo-
do de eo remaneat infinitum.

p Ost hec igr̄ respondendū ē questi
onib9 que sequūtur declaratiōes
has. Harz aūt p̄ma hec ē. Cū tem-
pus finiendū sit qd erit post tpm. Deinde
an erit motus vel mutatio. Et iā dixi tibi i
p̄cedētib9 qa nulla erit mutatio glorifica-
tis hoibus vel animabus eoz nulla spes
erit eis vltra aliqd acqrendi nullus timor
aliqd amittēdi de obtēta nūc felicitate ipa

ꝟo felicitas tota simul erit nihil habēs oi
no de malo seu defectu potētialitatꝭ et si
cut alibi te feci scire ꝟtutes animarū hūa-
narū erūt impfectiōibus suis oēs ꝛ figule
nec erūt tunc habitus dormiētes.imo erit
vnaqueqꝫ earū in actu suo pfectissimo et
vltimo ꝛ actus earū delicie ꝛ gaudia. Si
cut patefeci tibi ex diffinitionibus delicie
ꝛ gaudiū. Similr̄ enī ipi actus pmia do
torꝫ ꝛ glorie animarū nr̄arum q̄ si non
essent simul oēs nō eēnt integra vel cōple
ta felicitas animarum nr̄arum ꝛ si cessare
possibile eēt aliquā ex virtutibꝰ hmōi ab
actu suo vel imminui ibi ab actu suo pos-
sibile eēt imminui felicitatē hmōi imo ꝛ q̄
plus ē locum haberet ibi dolor et miseria
Impossibile eī ē tm̄ gaudiū amitti vel mi-
nui sine dolore et miseria ꝑpter hoc ergo
dixit Aristoteles. Si tm̄ veritatē felicitatis
illius intellexit. q: felicitas ē actus intrans
mutabilis. Status igr̄ hmōi status ē intē-
poralis ꝛ vllomō obnoxius fluxus ꝛ i sta
bilitate tpis ꝛ quoniā habiturus ē inicium
licet nō tpis orison verisimile dicendus ē
eternitatis. Et dixi tibi q: similiter se habe
bit et status inferni oēs eī dolores. omēs
cruciatus īfernales simul pacientur ibi dā
nati. Sicut iam p̄dictū ē tibi. Unde nec q
es sine cessatio alicuiꝰ eorū vel immunito
locū habebit hic quare nec mutatio et ꝑ-
pter hoc neqꝫ tempus. Inueniꝭ autē in li
bris quos merito vocāt homines sanctos
sermones tropici de tormētis maiorū ho-
minū quibꝰ ergo cōtradicere vnq̄ȝ volo.
Et his sermonibꝰ iuxta tropos intelligūt
quidā vicissitudines tormentorū in īferno
vt nunc sint in ardore et incendio in exco-
gitabili. nūc in frigore nō minori q̄ si de-
sta eis futurū eē reuelauit ita et fit. Nō ei
vas quēquāȝ sermonibꝰ autēticꝭ vel san-
ctis ꝯtradicere. Uerū nihil piculi ē in rebꝰ
hmōi fmones tropicos in ea q̄ rōnis sūt
iustitieqꝫ diuine ꝛ meritꝭ damnatorū con
gruū interptari p̄sertim cum ratiōibꝰ ꝛ ꝓ
bationibꝰ ꝛ nō testimonijs ꝯtra errores i
pios disputeꝭ. Et de hmōi autenticorū vi
rorū satis euidētia ꝛ expssa testimonia nō
negātur ꝛ i ꝯtrariū habeanꝭ. Doctrina q
dē xp̄ianorū hꝫ i libro quē sapiētie librum
nomināt q: flumina ꝯcurrēt duriꝭ ꝛ intel-
ligitur flumina tribulationū et dolorꝫ q̄
ꝑpter hoc ꝯcurrere i malos dicuntur quā
q̄ȝ nō pnices ꝛ vnū aliō nō expetit. Si qs
autē querat de glorificādis hoībus an in

eo statu fixi māsuri sint in locꝭ ꝛ sedibꝰ su
is. an deambulaturi vel aliꝭ mouēdi sunt
ꝛ ex hoc arguere q: motꝰ erit et ꝑpter hoc
tempus. Refero questiōis huiꝰ solutionē
in sequentibus nisi spero me declaraturū
q: motus hmōi nō erit ibi necessariꝰ. nec
aliquid addēs felicitati glorificādorꝫ ho
minū nec eius cessatio aliquid detrahens
eidē quinpotius forsitā illa felicitas motū
hmōi nullatenus patiꝭ. Hꝫ ꝛ gēs xp̄iano-
rum ꝓphetā itroducentē angelum iuran
tē p viuentē ineternuȝ. q: tpus nō erit am
plius q̄ȝ ꝓphetiā nō induco tanq̄ȝ ꝓbati
onē. Sꝫ potius vt scias q: sermones autē
tici ea ꝯtinēt que audis hic. Eadē questio
ē de motibus celorꝫ an cessaturi sint an p-
māsuri. q̄ si pmansuri. erit igiꝭ ꝛ tempus
cum motus sine tpe eē nō possit. Si u cel-
saturꝰ ē motus celorꝫ quid facient illi moto
res celorꝫ duplices sicut posuerūt Aristotelꝭ
ꝛ sequaces eius ponētes intelligētias mo
uere celos q̄si motores extrinsecos. quem
admoduȝ amata mouēt amātes. animas
ꝟo posuerūt eisdē q̄si motores intrinsecos
querētes ipis celis pfectiōes hmōi videlꝫ
vt habeāt in actu situs quos habēt in po-
tēcia quasi situū renouatio tam frequens
imo magꝭ et ꝯtinua sit. Aliquid tāta inqsi
tione dignū. imo q̄si sit pfectio beatissima
Similiter ꝛ ipa que non debet eē nisi via
et inquisitio alterius pfectionis queratur
ꝑ se tanq̄ȝ pfectio ꝛ finis ꝛ tāq̄ȝ ipe sit vis
ad semetipm ꝛ in quisitio suipis. Ubi non
vidētur posse effugere circulū earū quo di
ciꝭ q: ita ē ꝛ ita ē ꝛ celi mouētur vt moueā
tur ꝛ incedūt vt reuertātur quibus animꝭ
bus si ita ē mille miseriores sunt que nihil
aliud querūt nisi motū corpibꝰ suis ꝛ exa
gitationē infinitam ꝑpter hoc hꝫ doctria
xp̄ianorū cessaturū eē motuȝ illum penitꝰ
et alia circa hec de statu futuri seculi q̄ au
dies in sequētibus.

Postq̄ȝ autē stabilita ē mūdi noui
tas stabilitione vniuersali. Cōue-
niēs ē vt inquiratur de quibusdaȝ
ptibus ipius quibꝰ nōnulli phylosopho-
rū posuerūt antiquitatē queadmoduȝ pla
to qui hmōi antiquitatē eis posuit. Posu
it ei eas creatas simꝭ extra corpa sua ꝛ po
sitas in corpibus stellis ab inicio postmo
dū desiderio icorpandi ꝛ illectas ꝛ abstra
ctas descēdisse ad corps Doctrina autem
quorundā hꝫ creari eas in corpibus suis.
in alia corpa trāsire ꝛ nō solū in humanꝭ

Sꝫ etiā in brutalia corpa donec explerēt ipa expiatiōis cuiusdā spāciū liceƀat eis redire ad compares stellas et hoc idē plato posuit qꝛ numeri certi tempoꝝ p̄scripti erant animab⁹ q̄s explere necesse habebāt i corporibus vel circa corpa vt ait plato. Inuestigandū etiā restāt de renouatiōe vniuersi. vtrū renouandū sit ſm totū aut ſm partē. ⁊ vtrū corpa hominū renouanda sint p̄ resurrectionē et vtrū sola an et alia corpa q̄ sint illa ⁊ de vniuerso corpoꝛeo quē statū habiturū sit p⁹ renouationē resurrectiōis

turalis aut ē voluntaria ipi prime veritati
Q̄ si fuerit naturalis vt pretendi erit serui
lis siue seruitutis hoc autem non patitur
nobilitas prime veritatis sicut multociē-
ens audiuisti Si vero fuerit voluntaria
per voluntatem igitur ipsius erunt vera
omnia vera . Quare istum rapere. illum
furari. illum blasphemare. illum negare
deum erunt vera ꝑ voluntatē eius ꝛ ipso

faciente vt vera sint. Erit igitur voluntas eius causa omnium furtorum et rapinarum. Quicquid enim facit vt verum sit furari illud facit vt iste furetur. Amplius. Ista influentia nõ ẽ vel essentia creatoris vel creatori essencialiter. Quare potest separari ab eo actu vel saltẽ intellectu. Separemus igitur intellectu eã ab ipso. id ẽ intelligamus non influere vel spargere cum istud lumen aliam nõ habeat nõ erit omnino postquam non erit a creatore. Quare nulla erit veritas et propter hoc nihil erit verũ. Erit igitur hoc ipsum verũ scilicet nullã veritatẽ eẽ et hoc aliud nihil esse verum et innumerabilia huiusmodi.

Amplius. huiusmodi veritas cum nec sit pars eius sup quod cadit nec sit ipsum totum separabilis ẽ ab eo saltẽ intentione vel intellectu.

Amp. ammissibilis est et irrecupabilis in multis id ẽ multa sunt vera que possũt nõ esse vera et multa nõ sũt vera que possunt esse vera. De omnibus autem huiusmodi dicitur vniuoce verũ accidit igitur omnibus huiusmodi.

Amp. Socratẽ disputare nõ recepit in ratione sua vel essencia veritatẽ. Si enim essentialis erit ei veritas nullo modo potest recipere falsitatẽ nihil enim receptibile ẽ alicuius quod sit contrariũ vel priuatio aut totius essencie sue aut alicuius essencialium suorum. Est autẽ receptibile falsitatis nõ est ei igitur veritas essencialis. Amplius. Socratem disputare nõ aliud ẽ nec alterius rationis si sit verũ quam si sit falsum. Esset autem aliud vel alterius rationis si veritas esset ei essencialis. Manifestũ igitur ẽ secundum hãc intentionẽ cum sit influentia a luminositate prime veritatis descendens sup omnia vera et vniuoce dicatur de omnibus illis erit separabilis saltem intellectu ab vnoquoque eorum et hoc indubitanter. Sic se habet in omni eo quod necesse tota essentia eius in quo est neque pars sed est receptum super totam et completã essenciã. Quare ab vnoquoque huiusmodi erit actu vel ratione saltem inseparabilis veritas hec. hoc autẽ manifeste impossibile est in numerabilibus quorũ vnum e socratem disputare vel nõ disputare. Nullus enim intellectus potest ab eo separare veritatem et eodem modo se habet in omnibus similibus hoc est que sunt disiunctive contradictionis. Eodẽ modo se habet in eo quod est aliquid esse verum vel aliquam veritatem esse. Nullus enim intellectus admittit vt non sit verum aliquid esse verũ neque vt sit verum nihil esse verũ. Similiter nullus intellectus recipit nullã veritatem esse. Amplius. Cum manifestum sit multa fuisse vera ab eterno diuersa et maria et omnino ad inuicem non contingentia multa inquam cõtingentia de futuro et alia nihil autem ab eterno fuerit preter creatorem. Non fuit igitur veritas essencia cum ipse creator non sit immo lumen sparsum ab ipso super omnia vera secundum hanc opinionem. aut igitur non erant vera aut erant vere veritate que non erat. Quod si dixerit quia veritas illa fuit quam cito fuit prima ac luminosissima veritas que est sol spiritualis intellectus et omnium substantiarum intelligentium quemadmodum quam cito fuit sol siue luminositas eius tam cito fuit et splendor ex ipso emicans et sparsus per totũ orbem receptibilem ipsius. Dico quia totum celũ vltimũ luminosum esset ad instar solis. Nihil luminis caderet vel spargeret ab eo extra se et hoc est quoniã extra celũ non est aliquid receptibile vel luminis vel alicuius influentie nisi quis deliret nõ ens aut nihil esse receptibile alicuius impressionis aut influentie hoc autẽ est quemadmodũ predixi tibi ac si quis dicat vas quod non est recipere liquorẽ aliquem et aera qui nondũ est illuminari a sole atque subiectum non ens sustentare accidens quodcunque. Quod si dixerit quia splendor a celo spargeretur super inane vel vacuum. Jam audisti semper hoc Aristotelem et expositores eius qui opinati sũt se destruxisse inane siue vacuum.

Sciendũ igitur est tibi in huiusmodi quoniam veritas secundum multas intentiones et vna intentione signum siue significatio et veritas opposita sunt et hoc modo veritas non est nisi res ipsis significata. Secundo modo veritas opponitur falsitati que est apparentia rei alicuius que non subest et secundum hunc modum dicuntur falsi homines qui pretendunt exterius contrarium eius. quod habent interius et vi communi et noto nomine nominem eam tibi visualiter stimulatio vocatur. Tercio modo veritas ipsa ẽ puritas ab admixtione quemadmodum dicitur verum argentum quod est purum et tanto verius quanto purius huic ergo veritati puritas opposita est siue vt cõtraria siue verius videtur vt priuatio. Quarto modo ipsum esse rei vniuscuiusque hoc est residuum a tota varietate et circumuestitione accidentium

et hoc est esse qđ explicat diffinitio in quā non cadit aliquid de accidentibus sed ea sola que vel sunt rei essencia siue substancia. Unde et ratio substācie noīata ē vel a diffinitio qm̄ explicatio ē ipius substancie integra ac pura absq; admissione vel admistione alicui⁹ ex accidētib⁹ ꝛ noīata est substancia ꝓpter hoc qđ stat sub tota illa veritate ac circūuestitione accidentiū sustinēs eam alioqn caderet in non esse ꝓpter qđ ꝛ accidēs nominatū ē tanq̃ ad substāciā cadens querens inniti ei ꝛ sustētari ab ea tanq̄ p se subsistere nō valēs vel dictū ē accidēs quasi ad nō esse cadēs quantū ī se ē. hoc ē quantū ē ex natura accidētalitatis tanq̄ p se hoc est ꝓpa firmitate scȝ naturali subsistere nō valens. Quinto mō dicit veritas eē creatoris siue ipe creator ꝛ omne aliud cōparatiōe ipius dicitur falsitas sicut dixit Aristoteles ī libro metaphisicorū dicēs vnū eē solū cui⁹ nulla ē causa ꝛ illud ē veritas oīe aūt aliud ē possibile eē ꝛ illud ē falsitas vel vanitas et intentio ista similis ē aliq̃tenus vni ex p̄cedentib⁹ intentionibus. Causa aūt in hoc ē quoniā quēadmodū nō dicit verū argentū qđ extenus solūmō argentuȝ ē neq; symea vel pylosus dicitur homo qm̄ exterius hō est tm̄ in⁹ter⁹ aūt brutū. Sic vnūquodq; eorū que sūt p̄ter creatorē exterius tm̄ ē et ī ū foris habens eē desoris ꝛ aduenticiū quoniā sicut declaratū ē tibi in p̄ma parte totius sapiēcialis ac diuinalis magisterij eē qđ p̄dicat p hoc verbū est ꝛ hoc e esse quo vnūquodq; ē hoc inq̄ eē de vno q̄ȝ aliorū dicit accidētaliter siue sm participationeȝ de solo aūt creatore dicit eēncialiter siue sm essenciā aut sm substanciā ab oīm q̄ppe alio ē separabile actu vel ratione siue intellectu a creatore vero solo nullo modo, nū separabile ē alioqn esset ei acq̄situ vel aduenticiū huiusmoi aut ipossibilitas manifesta est qm̄ si eēt ei acq̄situ aut eēt ei acq̄situ a se vl ab alio ꝛ ita vl eēt causa sui eē vl causā hret aliā ꝛ ita nec eēt p̄mū nec p̄ncipiū ꝛ non opꝫt vt ꝓseq̄r hic destructiōeȝ erroris istius de q̄ ē tibi in p̄nominato tractatu plenissima certitudo. Quia igr̄ oīe aliud a creatore exterius tm̄ ē hoc ē esse foris eē ei aduēticio vtpote accidentaliter Solus aūt creator intus vel potī⁹ intime. Merito falsam ens dicitur oīe aliud aut falsitas. Solus aūt creator verū siue vere ens et verus aȝ veritas. Huiusmodi aūt exemplū conuenientissimū ē in aere luminato siue lucidato falso eīm lucid⁹ siue lucens cōparatione solis dicedus ē et maxime cōparatione lucis solaris q̄ eēncialit lux eē ꝛ eius eē lucere. Sexta vero intētio veri et veritatis qua vera dicitur enūciata ꝛ vere enūciationis et hoc vt ait Auicenna ē adequatio orationis et rerū id ē affirmationis ꝛ negationis ꝛ intelligendū ē ī sermone auicenne q̄ orationē vocat tam exteriorē scriptam scilicet vel vocalē q̄ȝ spiritualem siue intellectualē. Sine aūt dicas eq̄tionē siue equalitatē siue similitudinē nō refert q̄ntū ad intentionē auicenne. Uerū igr̄ ē scđm hanc intentionē adequatuȝ vt dixi siue affirmationi vel negationi et ista adequatio ē non scđm vnū tēpus tm̄ imo scđm oīe et extenditur etiā in eternitateȝ oratio igr̄ vera ē q̄ dr̄ eē qđ ē aut nō eē qđ nō ē vl fuisse qđ fuit vl nō fuisse qđ nō fuit ꝛ similiter se habet de futuro. Debes etiā scire hoc quia non ē enūciatio alicui⁹ enūciabilis que vel aliud aut plus aut min⁹ aut aliter quolibet modorū asserit vel negat quā habeat vel contineat ipm enunciabile et hec ē similitudo vel equalitas vel adequatio quā intendit auicenna siue dicas conuenientiā siue concordiā inter ipm enūciabile et suam orationem vel negationem suam inquā sicut exposui ubi prius hoc ipa conuenientia vel concordia enūciabilis et enunciationis. Ueritas est vtriusq; et contrarium siue p̄uatio illius ē falsitas vtriusq;. Uerum igitur est enunciabile qđ a sua affirmatione vel negatione disconuenit vel discordat. Unde manifestū est q̄ veritas et falsitas scđm intentiones istas velut respectus sunt aut comparationes compositionū atq; diuisionum ad affirmationes et negationes suas et veritas atq; falsitas affirmationum et negationum comparatiōes sunt siue relationes aut respectus ad compositiones et diuisiones rerum quas significant. alibi autem declaratum est ubi per me aut a comparationes ꝛ relationes nec addunt nec minuunt rebus in semetipsis nec ponunt aliq̄d in illis neq; cōparatū aut relatū p hoc qđ est comparatum aut relatū nō habet aliquid in se sed hȝ aliq̄d ad se vel sibi. Sic dictū vel significatū apꝑhensuȝ cogitatū amatū per hoc qđ significatū cogitatum aut apprehensum aut amatū nō habȝ aliquid in se nec iste dispositiōes seu compa

tiones requirunt eſſe illud in quo ſunt vel ḋ quo ſunt. Significaſ eñi plurimũ id qḋ nõ ẽ nec ſignificatio q̃ ſignificatur ẽ aliqd i eo. Silr̃ amaſ etiã id qḋ nõ ẽ ⁊ deſideratur fili⁹ q nõ dũ ẽ ⁊ deſideraſ aurũ qḋ nõ dũ generatũ ẽ nec vnq̃ erit. Apphẽdiſ igr̃ res apphẽſione q̃ in ea nõ ẽ ⁊ amaſ amore qui in eo nõ eſt et deſideraſ filius deſiderio qḋ in eo non eſt et generaliter verũ ꝙ denominationes paſſiue ſiue p̄dicationes fiunt de rebus in quibus nõ ſunt q̃m ſunt in eas vl̄ ad eas vel de eis ab albedine autẽ vel alias quarũcũq; ſenſibiliũ qualitatũ non fit denominatio vel predicatio niſi de rebus in quibus ſunt albũ enim nihil diciſ niſi qḋ habet in ſe albedinẽ vl̄ in quo eſt albedo. Amatum aũt diciſ nõ in quo eſt amor ſed id in quo ẽ vel de quo ẽ niſi forte ſupaddaſ amatũ a ſeipo tunc ei idem ẽ amans ⁊ amatũ et ad hũc moduz ſe habet de ſignificationib⁹ apphenſionibus ⁊ affectionibus nr̃is quoniã p̄dicanſ de rebus in qbus nõ ſunt. ⁊ de reb⁹ in quibus ſunt. Hoc aũt ne extenderis ad apprehenſiões ſenſibiles. Similiter neq; ad affectiones ſenſibiles quoniã quẽadmodũ nõ ſentit niſi qḋ ẽ ita nõ ſentiſ niſi quod eſt. Cauſa aũt in hoc eſt quoniã nõ ſentiſ niſi ꝙ p̄ſencialiter agit in ſenſũ hoc eſt in organũ ſenſus. Similiter nõ delectat ſenſibiliter niſi qḋ ẽ neq; delectaſ id qḋ nõ ẽ In ymaginationib⁹ autẽ et in hijs que ſupra eas ſunt diſpoſitionib⁹ animarũ nr̃arum currit res quemadmodum dixi.

r Euertar igiſ ad ſoluẽdas queſtiones et argumẽtationes ſupra poſitas et dicam quia enunciabilia de futuro vbi nec ſubiecta ſunt nec p̄dicata p̄ſentialiter vera ſũt hmõi veritate hoc ẽ cõuenientia ſiue concordia ſiue adequatione ſiue eq̃litate ⁊ dico multas cõueniẽtias multaſq; hmõi cõpatiões nec eẽ aliqd in reb⁹ nec ponere aliqd i eis ⁊ eẽ etiaz puationes q̃ſdaz earũ vel dici ſm̃ puationes. Uſualiter ei diciſ oĩa nõ entia cõueniẽtia eẽ vel cõuenire in nõ eſſe ⁊ omia impoſſibilia cõuenire in ĩpoſſibilitate ⁊ oẽs cecos ſimiles eẽ in cecitate ⁊ nudos in nuditate ⁊ pares etiã ⁊ eq̃les diciſ q̃tuz ad hoc. Manifeſtũ aũt ẽ nihil hoꝝ aliqd eẽ ſm̃ veritatẽ. Silr̃ et foramina diciſ eq̃lia et vaſa ſimilia vel eq̃lia in foraminib⁹ ⁊ eque nudi diciſ hoĩes ⁊ nuditates eoꝝ eq̃les ymago etiã ceſſaris vel herculis diciſ ſimilis illi cũ nec ceſar nec hercules ſit. Quia igr̃ cõueniẽtia inter orationẽ ⁊ eius ſignificatũ vel puatio eſt vel ſm̃ priuationẽ diciſ. ſicut appet ex ratiõe adeq̃tionis q̃ poſita ẽ viʒ que nõ aliud aut aliud aut aliter q̃ pl⁹ aut min⁹ q̃ ipm enũciatũ cõuenit hoc ẽ aſſerit vl̄ negat nihil igr̃ phibet ſm̃ hoc aliqd eẽ verũ veritate que non ẽ. Sicut neq; aliqd eẽ nuditate que nõ ẽ et cõuenire nõ entia cõueniẽtia que nõ eſt ĩpoſſibilia ſilr̃. Debes etiã ſcire cũ dicitur enũciabilia v̾a eẽ idẽ cõueniẽtia ſiue adeq̃ta affirmatiõib⁹ aut negatiõib⁹ ſuis nõ ĩtelligiſ hoc qḋ dicitur de affirmationib⁹ et negationib⁹ ſuis ſm̃ actũ ſ; ſm̃ potenciã ⁊ hoc ẽ dicere q; nõ intẽdo affirmationib⁹ vel negatiõib⁹ ſuis q̃s p̄ſencialit̾ habeãt hoc ẽ cui⁹ p̄ſentialiter aut actualit̾ ſignificẽſ ſ; poti⁹ qbus poſſibilia ſunt affirmari vel negari. Uera igiſ fuerũt ab eterno innũerabilia id ẽ cõueniẽtia ſiue adequata orõib⁹ ſuis qb⁹ ſcʒ erãt affirmabilia vel negabilia. Nõ cogeris igr̃ per p̄dictas argumẽtationes innũerabiles veritates vel innũerabilia enũciabilia actu fuiſſe ab eterno.

De fato.

ſ J qs aũt dicere voluerit quoniaz p̄mo verbo oĩa affirmabilia vera ⁊ oĩa vera negabilia affirmata et negata ſũt ab eterno et illi ſp cõueniẽntia atʒ adequata. Uerũ quidẽ dicet ſ; nõ ſoluit nodũ queſtionis q̃m nõ expoſuit veritatẽ de hmõi ɔueniẽtia vl̄ adeq̃tiõe ⁊ hoc ẽ q̃m claudicabit ex neceſſitate ſm̃ ipm cũ nõ habuerit a pte enũciabiliũ vbi pedẽ figeret. Cũ res ⁊ ſi eẽnt enũciabiles nõ eẽnt tñ i veritate eẽndi. Qualit̾ igr̃ intelliget cõuenientiã relationẽ eẽ cũ correlationẽ habere nõ poſſit ĩ reb⁹ ppter nõ exiſtentiaz earũ niſi recurrat ad ea q̃ dixi. Sic igiſ aliqd ẽ verũ qḋ tñ nõ ẽ vt chymerã nõ eẽ cui⁹ nec p̄dicatũ nec ſubiectũ ẽ. Sic nõ ẽ mirũ ſi aliqd ẽ verũ veritate q̃ nõ ẽ maxime cũ veritas hmõi v̾itas rõnalis ſiue loyca ſic ⁊ ɔueniẽtia enũciationũ q̃ nõ magꝭ exigit res eẽ q̃ nõ eẽ ⁊ ecõuerſo. Nec magꝭ ẽ ad entia q̃ nõ ad entia affirmatio eñi q̃ affirmaſ chimerã eẽ eque ɔuenit cũ affirmato ſuo et eque adeq̃ta ẽ ei vt q̃ affirmaſ creatorẽ eẽ cõuenit cũ ſuo affirmato vel adeq̃tur eidẽ. De relatiõib⁹ aũt ⁊ p̄dicationib⁹ ⁊ modis p̄dicãdi expediui te ⁊ me i tractatu ſingulari occaſiõe p̄dicationũ q̃ fiũt iuxta doctrinã xp̄ianoꝝ i reb⁹ diuinalib⁹ vl

poris diuinis. Et si reminisci volueris eorū q̄ dicta sūt tibi p me adinuaberis nō parū ad declarationem questionū et declarationum propositarum quanquā ea q̄ hic audiuisti merito tibi sufficere debeant.

Post hec aūt reuertar ad fata et fatationes. Scito igr̄ q̄ tam lex hebreorum q̄ christianorum in hoc cōcordat q̄ et in natiuitatibus et ante natiuitates facte sunt reuelatiōes magnorum euentuum de viris nascētibus et lex hebreorum narrat ab ipso creatore reuelatiōes hmōi factas et maxime de pncipibus et patribus gentis illius. Lex autem xp̄ianorum p angelos narrat reuelatiōes factas hmōi. In narrationibus enī eorum legunt multe reuelationes hmōi facte et per somnia et etiā p pphas siue p pphetitos viros. Nomē fati vel fate vel fatatiōis apud vtranq3 gētem sicut p̄dixi tibi horrificum ē et abhominabile nec in alterutra dictarū legum legitur vel auditur et qm̄ vtraq3 lege antiquorum est cultura deorum atq3 dearum et ydolatria velud reliquie quedā et sequela aliqua hmōi culture remansit opinio fatationis. Potissimum autem circa anus seu vetulas que vel curiositate faciente mulieb(ri)q3 leuitate vult q̄stuatione p qua mētiri non verētur nondū recesserit ab eis. Quia igr̄ si creditur eorū hystoriis credulitas vtcunq3 tollerabilis ē eo tpe quo colebatur multitudo deorū hoc ē demoniorum pessimorū. Sicut pmittebāt cultoribus suis dare respōsa et multa alia facere. Sic potuerūt et in multorū natiuitatibus colloquētes audiri et p̄dicentes q̄ opinebantur de euentibus nascentiū et que ipsimet forsitan nesciebāt et suggesserūt hoibus collocutiōes suas hmoi esse fatationes hoc est firmas ordinatiōes euētuū illorum. Similr̄ et fata q̄si decreta irretractabilia haberi. Oia autem hec faciebant intentiōe malignissima atq3 neqissima vicz vt cultoribus suis et etiā aliis se deos vos esse suaderēt et q̄ in ptāte haberent solo verbo vel dicto magnis ac p̄clara euētibus p(ro)sperare et p̄claris honoribus sublimari vt insipientes hoies ad culturā suā puocarent in quem nihil intēdere poterunt vbi vel contumeliā creatoris vel subuersionem ac perditionē colentiū vel vanissimā honorationē suam hoc eīn putant esse vt vehementer (con)cupiscant nominari et haberi dii et diuinis honoribus venerari. Eodēmodo sentiendū est et de fatabus hoc est de falsissimis et vanissimis deabus quia nō sunt nisi demones cū aliud sunt et cū in veritate collocutiōis eorum audiūtur seducere intēdentes eos quibus pmittuntur talia et taliter loqui. Interdū vero fictiones sunt et adinuentiōes vetularū aliquid per hmōi mendacia ab insipientibus obtinere volentiū. Quistuositas eī et adulatio a vetulis et maxime paupibus non facile recedit sed et ē diuinatōibus et somniis vel exponēdis vel fingendis est eis tanta auiditas mentiendi itaq3 audacia vt nec etiam flagellis ab eis deterreri possint alias etiā ē mulieribus generaliter tāta certa hmōi credulitas vt vetulas res istas mendicātes atq3 fingentes frequētare desistere nō possunt licet et multociēs mēdaces eas pbēt et in nullo vendicas. Insuper et hmōi mendacia atq3 figmeta preciis magnis emere audacissime sunt.

Nihil aūt habere firmitatis aut necessitatis dicta deorū hmōi inde manifestū est qm̄ nec verbum nec dictū creatoris omnipotētis infert firmitatem vel necessitatē euentibus (con)tingentibus Sicut sepius in p̄cedentibus audiuisti q̄nto minus dicta fallorum deorum aut dicta vanissimarum dearum alicuius firmitatis aut necessitatis erunt. Amplius. quo tiens mendaces et illi et ille probati et inuenti sunt ab ipsis cultoribus suis q̄ si de mendaciis eorum vel earū certitudinē habere volueris lege narrationes christianorum lege etiam responsa eorum et inuenies innumerabilem multitudinem mendaciorum nec non et ambiguitatem in responsis ipsorum que in vtranq3 partem cōtradictionis iterpretari possunt in q̄ apparet vel eos ignorasse veritatē et ea astucia huiusmodi dedisse respōsa vt q̄cquid eueniret illud predixisse viderentur. Amp. iam declaratum est tibi in alio tractatu et scriptum est tibi de cultura eorum quoniā nihil possūt statuere vel destituere p mortalibus vel contra illos quin potius totum bene esse tota prosperitas totum male esse q̄ est aduersitas in beneplacito est creatoris omnipotentis. Si ergo nulla vi vel virtute sua siue potentia possunt prodesse vel nocere hominibus quantofortius nullo dicto suo vel loquutione aut loq̄la. Am. si natura vel virtute eorū est vt facerēt euentus hominū quātomagis deberent p(ro)f

se suos prescierũt igiť exterminiũ sui cul-
tus. Quomõ ergo illud nõ auerterũt.
Amp. si solo dicto honores ꝛ potentiã da
re possũt hoībus ꝛ auertere ab eis omẽ ge
nus infortunij quomõ seipsos exonerari ꝛ
deprimi atq̧ cõculcari passi sunt et adhuc
patiuntur. vt omis honorificentia culture
sue exterminata sit a regno christianoꝝ et
a regno sarracenoꝝ ꝛ aliqñ a toto orbe ro
mano an fatauerũt impatores romanos
in tantã sui contumeliã et depressionẽ.
Amp. certum ẽ gentez iudeoꝝ ꝛ gentẽ chri
stianorum gentẽq̧ sarracenorum ignomi
niosissimas eẽ omni cultui eoꝝ ꝛ eos ex le-
ge sua totis studijs ac virib⁹ ꝓsequi. Quõ
ergo solo dicto cũ hoc possint non adeo
infortunãt siue infaustãt vnumqõq̧ eorũ
qui nascunť in aliqua istaꝝ gentiũ vt ni-
hil possit circa eos. De hijs aũt ꝛ alijs qui
circa eos sunt expediã me ꝛ te in tractatu
ꝓximo post istũ si deus voluerit.

Q Uoniã autez mũdo sublunari re
ctores multos posuerũt et philo-
sophi ꝛ alij aĩam mundi vt plato
ꝛ sequaces eius alij ꝟo virtutẽ alij eiusdẽ
mundi totius regitiuã necnõ ꝛ alias ꝟtu-
tes occultas ꝛ demones etiã ꝯsulere reb⁹
hũanis Conueniẽs est perscrutari de hijs
q̃ntum ptinet ad presentẽ tractatũ ꝛ ꝓmi
circa aĩam mundi negociandũ mihi vide
tur aĩa enim corpis q̧ aiat gubernatrix in
dubitanter ẽ reginaq̧ atq̧ impatrix ipius
Imperiũ autem ipus ꝛ dominatio super
illud appet ex obediẽtia tam ipius totius
q̃ membroꝝ. Similr ꝛ ꝓuidentia ex ing
sitione eoꝝ que corpi ipsi ꝛ mẽbris neces-
saria sunt sicut tectũ ꝛ tegimẽ cibus ꝛ pot⁹
Albusamar etiã astrolog⁹ totã fabricatio
nem atq̧ formationẽ corporũ animaliũ at
tribuit aĩabus eoꝝ siue naturis eaꝝ quasi
aĩa leonina ex materia de qua generatur
corpus leonis assumit vñ format sibi den
tes ꝛ vngues. Silr ꝛ aĩa vrsina. Nec miꝝ
est si hoc attribuat aĩabus cũ Ari. similr
sentire videnť de seminũ ꝟtutibus cũ pre
dixi tibi. Ut quid enĩ in seminib⁹ ꝟtus eẽt
formandi flores ꝛ folia ꝛ fructus corpaq̧
omnia vegetabiliũ et non potius in semi
nibus vegetabilib⁹ eẽt virtus formãdi cor
pora hominũ cũ tanto nobiliora debeãt
esse semina animaliũ nobiliores ꝟtutes
seminũ ipsorum q̃nto nobiliora sunt cor-
pora animaliũ corporibus vegetabiliuz.
Tota igiť gubernatio mũdi ex aĩa ipsius
erit. Presertim cum plato expsse posuerit
ipm esse animal intelligẽs diuine prudẽ
tie sanctionẽ. Q̃l aũt induxerit eũ ad hoc
vt vtrum totũ mundũ id est vniuersũ cor
poreum posuerit eẽ animal an solũ celuz
id est partem illã vniuersi corporei que est
a luna supra ꝛ tota mobilis circulariter q̃
scz continet nouẽ celos mobiles de q̃m p
cedentibus audiuisti an totũ vniuersum
qõ constat scz ex nouẽ celis istis et q̃ttuor
elementis dubiũ esse potest qm̃ Ari. ꝛ se
quaces eius solũ celum id ẽ partem illaz
que ẽ a luna supra vel forsitã celũ stellarũ
fixarum aĩal esse posuisse videnť et auicẽ
na euidẽter dicit q̧ celum est animal deo
obediens. Quattuor aũt elementa aĩata
ponere non videť tanto phõ congruisse
quis enĩ dicat ignẽ vel aera aĩatum esse.
Similr aquã vel terram neq̧ enĩ vita in
eis apparet nec aliqua spẽs motus preter
motum localẽ nisi violentus q nullomo-
do vitalis est In oĩbus aũt vegetabilib⁹
apparẽt motus crementi et decrementi ꝛ
Ari. dicit q̧ cremẽto atq̧ determinať. Ui
detur aũt ex hijs que apparent in terra et
aquis virtutẽ quandam generatiuã vege
tabilium ꝛ etiã animaliũ habere vtraq̧ ꝛ
lex hebreorũ atq̧ doctrina assentiũt in hoc
ꝛ doctrina xpianoꝝ atq̧ fidea nõ dissentit
ab hoc. Ego aũt iam dedi tibi causaz ꝛ ꝓ
bationẽ in hoc in ꝓcedentib⁹ ꝛ dixi q̧ ter
ra per se hoc q̧ est terra nõ habet virtutẽ ge
neratiuã animaliũ aut vegetabiliũ. Nul
lum enĩ corpus per suã corporeitatem põt
generare nisi corp⁹ sue spẽi terra terrã so-
lam ꝛ aqua aquã solam. Q̃l igiť alia cor-
pora generãt vicz animalia aut etiã vege
tabilia ex alia ꝟtute super addita est vni
q̧ et hoc confitenť prenoĩate leges q̃ lex
ex benedictione creatoris datum ẽ vniq̧
generare nobiliora q̃ ipe sint et insinuauit
lex hebreorũ in ꝓmo suo verba creatoris
quibus intelligiť ista benedictio vicz qui
bus dicit ꝓducant aque ꝛ tibi producat
terra ꝛc. Tu ꝟo debes scire q̃ in anima-
tio q̃ttuor elementoꝝ non est causa q̃ de-
beat ꝓhibere esse animal quẽadmodum
in aĩatio q̃ttuor humorũ in corpe hũano
non ꝓhibet hominẽ esse animal etẽ istõ
exemplum sniẽ isti platonis ꝯuenientissi-
mum. Cũ inter hominẽ et mundũ quan-
dam posuerit eẽ similitudinẽ vt hominez
mundũ minorem nõ dubitauerit noiare
Secundũ platonez etiam sciendũ est tibi

quia mundus circũdans q̃tuo: elemẽta
mundo nõ indiget sublimari qn ponus
ecõuerso et hoc in nostra et alijs. Scis etiã
qualiter q̃tuo: humoribꝰ qui q̃tuo: ele-
mentis assimilanẽ q̃liter nutriunẽ mem
bra humani corpis et ptes illorum et qua
liter ex illis fit generatio superfluitatũ et ini
micorum quorundã aialium in eodẽ. Sic ve
getabilia aialia metalla et liquores gene-
rantur ex q̃tuo: elementis et ea que nutri
bilia sunt ex hmõi generatis nutriunẽ ex
ipsis elementis. Dixerũt etiã sequaces pla-
tonis in cõfirmatiõe3 opinionis ipsius q:
effluxiões ⁊ refluxiões sunt mariũ spirati
ones ⁊ respirationes ipsius mundi. Unde
et quasi nares ei posuerũt vbi maiores sũt
inundatiões siue effluxiões mariũ q: est
vel in abysso magna quã matricẽ omniũ
aquarum dicit Arl. vel in maribꝰ illis vbi ve
hementiores maiores q3 apparet hmõi in
undatiões.

Quam autẽ erro: facile manifestꝰ
b fit si consideraueris qualr spirati
ones et respiratiões fiant in ani-
malibus ⁊ primũ quidẽ quia non fiunt sine
motu dilatationis et constrictiõis quarũ
dam partiũ in eis videlicet vẽtris atq3 pul-
monis. Nihil autẽ tale apparet in parti-
bus terre hoc ẽ in omnibus pfunditatibꝰ
ipsius terre que ẽ veluti venter cõtinens
maria omnia. Amp. spirationes et
respirationes augenẽ in animalibus ex ve
hementia motus et fortitudine et minuũ
tur ex contrarijs. Nullus autẽ motus ap-
paret in corpore terre. Inundatiões vero
marium hyemales atq3 vernales maiores
sunt ac fortiores inundatiõibus que fiũt
alijs temporibꝰ. Amplius. maria occi
dentalia et septẽtrionalia vehementiã sunt
ac maiorum inundationũ q̃ orientalia
vel meridionalia q̃re viciniora videntur
esse in talibus ipsius mundi quemadmo-
dum que viciniora sunt pulmoni ⁊ cordi
in aialibus spiratiõibus et respiratiõibꝰ
fortius mouenẽ pubꝰ remotioribꝰ ab eis-
dem. Apparet autẽ euidenter fm Arl. et se
quaces eius q: fons vitalis caloris ad oriẽ
tem ẽ atq3 meridie. Uirtutes etiã ex quibꝰ
ponunt ex generationẽ ⁊ vitã animalium
ad meridie ponũt vi3 solẽ et alios plane
tas ⁊ duodecim signa. Amp. manife-
stum est qm̃ aquas mariũ aut sinuositas
atq3 pfunditas terre attrahit et ea reicit aut
alio quam aque nõ nisi violenta motu ita

exundat. Si dixerit qm̃ aqua attrahit eas
intra sinus suos atq3 pfunditates hec mul
tis modis apparet ẽẽ impossibile. Primũ
qm̃ non possunt attrahi nisi vbi aque nõ
erant q̃re aliqua pfunditas terre vacua
ẽẽt ab aquis ymo tãta sinuositas tantaq3
pfunditas que capere sufficeret aq̃s re-
uertẽtes hoc autẽ est manifeste impossibi-
le q: locus ille quẽ intrãt vel ẽẽt oĩno va-
cuus a corpe q: est impossibile vel ẽẽt ple-
nus aere. Aer vero nõ posset pbibere aq̃s
quin intrarent et diuiderẽt ipm et eicerẽt
de loco illo pertum cũ locus ille tã multi-
plices habeat sinꝰ et exitus. Amp. nõ
aliter attrahũt aera nisi dilatato pulmõe
et extenso vẽtre. Nihil autẽ tale fit in pfũ-
ditatibus terre. Amp. spiratio ⁊ respi
ratio non sunt nisi spũs id ẽ aeris a quo ⁊
deducant. Manifestũ autẽ ẽ q: si oĩa
interiora alicuiꝰ aialis vi3 vẽter ⁊ pulmo
plena ẽẽt aquis respirare non possent qm̃
ponꝰ obcluso spũ et via spiratiõis obstru
cta suffocaret siue extingueret appetentes
unde spirationẽ et respirationẽ esse aeris
qm̃ sola animalia spirantia et respirantia
aera viuũt in illo ppter qđ et pisces in eo
viuere nõ possunt nisi qui in aera capita
eleuant et natãtes capita sup aquas ptũt
Pisces vero q sẽp inter aquas morãẽ
non respirãt ppter qđ neq3 pulmonẽ ha-
bere dicunẽ. Nec optet q: amplꝰ imorer
in destructiõe fantasie istius cũ preter hec
q̃ hic dixi tibi reminisci possis eorũ que di
dicisti in scia metheororum vbi declaratũ est
tibi causa motus mariũ. Ubi ⁊ declaratũ
ẽ tibi q: motus hmõi motus ebullitionis
tantũ est. Unde et feruo: maris vsualiter di
citur. Et tu iam nosti q: motus ebullitiõis
est ex vaporibꝰ resolutis p calorẽ atq3 mul
tiplicatis et ascendẽtibus multitudine q3
sua et ascẽsu aquã impellẽtibus atq3 sursũ
eleuãtibus exundare q3 eam cogentibus.

Euertar igr̃ et dica quia plato ⁊ q
r cunq3 sic posuerũt aut intellexerũt
vnam animã esse omniũ celorum
nouẽ aut non. Si sic dico qm̃ eadem indi
cia que indicant vnũ celorum ẽẽ animatũ
indicant omnes ẽẽ animatos vi3 motus
Amp. diuersas motores illorum indicat
diuersitas motuũ ipsorum. Motores autẽ
eorum nullus posuit nisi aias ipsorũ. Nõ
erit igr̃ anima vna aians omnes nouem
celos. Qꝰ si dixerit quis q̃ multitudo ce-
lorum non pbibet vnã3 animã animare

tos omnes Cũ euidẽter appareat in cor-
pore humano tanta esse multitudinẽ mẽ-
brorum atq diuersitatẽ et animam vnicã
animare omnia illa quãtofortius non pro-
hibebitur anima vnica tã nobilis corpa
tam similia vt sunt nouẽ celi animare. Qz
si dixerit quia motuũ diuersitas hoc ꝓhi
bet in celis. Cur non et in animaliũ mem
bris tanta quippe motuũ diuersitas ẽ in
animaliũ membris. Cor eñi non hꝫ motũ
similem motibus alioꝝ membroꝝ ⁊ mo
tum eius dixerunt sistholen ⁊ diastholen
hoc est eleuationẽ et depressionẽ ⁊ motus
hmõi nõ est voluntari⁹ aut imparus nec
est in potestate vel volũtate hoĩs vel alte
rius animalis motũ hmõi reprimere vel
ꝓhibere motus vero oculoꝝ videtur vo-
lubilis motus brachioꝝ adiutus motus
pedum in aũ. Quid vero aliõ posse vide
tur d̃ epate splene corde genitalib⁹ lingua
labijs que tam longe ab inuicẽ esse vidẽ-
tur ⁊ tamen nemo posuit ad hoc vnicuiqz
istorum animã esse ꝓpriam. Sed anima
vna viuificari amministrari ⁊ regi cõiter
omnia hec que est anima totius corpis.

Amp. si plato sensisset diuersis animã
bus celos oẽs moueri ⁊ regi totumqz mo
dum sublimarẽ simul ad qd posuisset eaz
composita ex presertim ex eodẽ et diuerso
nisi quia istas duas naturas regebat ipa
mundi diuersitas que et partẽ hanc quas
si eandem in vno scꝫ statu ꝑsistentem ac ꝑ
manententẽ vicꝫ partem celestẽ que nouẽ
ꝑdictos celos continet et partẽ sublimarẽ
cuius tanta mutabilitas tanta diuersitas
maxime quanni ad statum inferioꝝ ele-
mentoꝝ et eorum que in eis sunt vt nihil
fere in eodẽ statu apud eos ꝑmaneat.

Amp̃. corpa animaliũ et vegetabiliũ
elemẽta sunt et ex diuerso composita qm̃
ex contrarijs elemẽta enim ꝯtraria sunt si
cut alibi didicisti non est igitur mirum cũ
vnaqueqz anima congrue hẽat corpori
suo vtpote ꝑfectio illi⁹ ⁊ forma tanqz ma
terie ꝓpriе non ẽ miꝝ si partem aĩe totius
mundi quidã posuit et ꝑtem diuersum ꝓ
pter congruentiã qz dixi eaz oportere hre
ad idẽ et diuersum Amp̃. cũ ipsi nouẽ
celi mobiles indiuidua sĩt aut eiusdẽ spẽi
aut diuersarũ qualiter posuit plato vnicã
illis animã et potius qz multi hominib⁹
aut multis alijs animalib⁹. Amp̃. nõ
videtur nosse naturã anime ꝑ hoc qz aĩa
est neqz naturã forme per modũ quo for-
ma est qui ponit vnã animã diuersis cor-
poribus per se et natis aut vna formam
diuersis materijs similiter et natis qz di-
co ꝓpter membra hominũ et alioꝝ aĩa-
lium que non sunt nata esse ꝑ se sed in to-
tis suis ⁊ de illis ⁊ ꝓpter hoc anima tot⁹
vniuscuiusqz sufficit toti et partibus ꝓser-
tim cũ partes omnes colligantiã habeãt
ad inuicẽ mediatam vel immediatã quẽ-
admodum scꝫ hꝫ res in omnibus anima-
lium mẽbris. Celi vo nõ habẽt a se inuicẽ
colligantiã nisi contiguitatis. Cõtiguitas
non est colligantia que sufficiat efficere vt
vna anima sufficere debeat multis corpi-
bus Quare nondũ dicit qui hoc dicit cau
sam ꝓpter quã debeat esse vna anima no
uem celis mobilibus. Qz si dixerit alias
esse colligantias illorũ celorum que non
immerito ignorant ab hominib⁹ ꝓpter
suũ longe distare ab ipis. dico in hoc qm̃
motus iste ignorat motus istoꝝ celorum
et diuersitates motuũ ipsorum ca eñi est
diuersitas corũ vt et contra diuersa habe
ant et polos ⁊ ꝓpter hoc etiã plagas. In-
super motus vniuscuiusqz continuus est
et indeficiens atqz totalis idẽ sm̃ vnam ꝑ-
tem nulla enim ps inquoniã qz illarum ge
sit. In hominib⁹ aũt et animalib⁹ alijs
aliter se habet nulla eñi pars motũ habꝫ
ꝓpriũ et per se de interiorib⁹ nisi cor quẽ
admodum dixi. Cetere eñi de interiorib⁹
non mouẽtur nisi motu totius Exteriores
vero partes mouent imperio totius ⁊ tã
sria causa motuũ illarum. Manifestũ
igr̃ est ex his quia celi non sunt ad inuicẽ
vt membra vel ꝑtes superioꝝ mundi mo
bilis. Cũ adeo inuicem diuisi sint ⁊ moti-
bus et motorũ centris et plagis ⁊ polis vt
nec partes nec mẽbra illius vllo modo dm̃
reputari possint. Amp̃. cum aĩas celo-
rum ponãt hãc solum opari in corpibus
suis vicꝫ vt circulariter moueant Non eñi
vitam nutribilẽ operant in ea sed solum
motuz hmõi. Quia igr̃ tam diuersi mot⁹
tãqz diuisi ab inuicẽ tãqz approbati moto
ribus suis vtpote immediati et per se effe
ctus eorũ necesse est motores eẽ diuersos
ex vna enim virtute ꝑ se ⁊ immediate nõ
ẽ possibile act⁹ exire diuersos specie opa-
tione naturali. Motus aũt isti sunt opa-
tiones naturales ⁊ solo hmõi motorũ in
corpib⁹ suis. Nihil eñi aliud opat in cor-
pore sua hoc ẽ non aliud influũt in ea nĩ
si forte dicãt que nõ videtur aliõ esse que

non videt aliud eē q̄ motor. Conseruatiōe enī non indigent corpora hmōi vel restaoratiua que nutrimento pficitur vel alia cū incorruptibilia naturaliter eē ipsimet ponunt qui hec senserūt. Ad hoc igr̄ deducat eos ista ratiocinatio vt necessario cogantur multos motores celis antedictꝫ ponere ꝓ multitudine ipoꝝ. Quapropt̄ ꝛ multas animas cū motus circularis ois aial sit siue ab anima. Q̄ si dixerit qa nihil ꝓhibet et in mēbris animaliū esse virtutes motiuas multas et vnicuiqꝫ mēbroꝝ mobilium ꝓpriam virtutem licet aia vna sit ex qua tanqꝫ ex vna stella multorū radiorum ꝓcedunt omnes vires illo velut quidam radij. Sic ex aia illa p̄mi celorū mobilium ꝓcedunt virtutes octo motiue in octo celos inferiores. Dico in hoc q: s̄m iste discordat ab opiniōe platonis in pte ista cum ipse posuerit ꝯtrarietatē in motibus celoꝝ. Celos enī septem planetaꝝ posuit moueri ab occidente ad oriēte econtrario motus octaui celi ab vno aūt p̄ncipio per se et immediate impossibile est eē contrarietatē. Si vero dixerit quia aiam illam non posuit plato vnā ꝓprie ꝛ vere ymo posuit eam multa atꝫ contraria cum posuerit eā ꝯpositam ex eodem et diuerso que non est dubiū esse contraria. Dico igr̄ in hoc quia vel vtraqꝫ ps compositionis istius est in celo vno vel sunt in diuersis cel̄ due ptes ille Q̄ si fuerint i celo vno ita q̄ neutra in aliquo alioꝝ deb̄et igitur mouere celum illō duobus motibus contrarijs hoc aūt nec inuenit̄ in aliquo celorum et manifestō est ipsum esse impossibile. Q̄ si dixerit parte esse in vno celorū et partem in alio nō erit ex illis anima vna quēadmodū nec ex corporibus hoc ē ex celis in quib⁹ sunt. Amp̄ ꝓinde ē hoc ac si diceret q̄ ex aia q̄ est in corpe socrat̄ ꝛ illa q̄ in corpe platōis ē ꝯposita aia vna. Amp̄ in corpore vno anima vna corpore dico animato et per se vno ac diuiso ab alijs. Quia igr̄ s̄m ip̄s oēs celi animati sunt erit hoc non aia vna numero sed aiabus quot ip̄i celi sunt quēadmodū se h̄z in alijs indiuiduis aiatorum tam hominū sc̄z q̄ alioꝝ animaliū et etiam vegetabiliū. Amp̄ celi q mouentur ab occidēte ad oriente econtrario p̄mo motui vt ip̄e posuit nō habēt diuersitatē aut ꝯtrarietatē in motibus suis qn potius motus eorū idem sunt ꝛ vniformes s̄m tpa sua quemadmodū ꝛ motus p̄mus. Non est igr̄ ratio quare dicatur motus diuers⁹ vel e diuerso motus eorūꝫ q̄ motus p̄mi nisi forte dicere velit hoc eē ꝓpter stationes ꝛ retrogradatiōes eleuatiōes et depssiones epiciclos et motuū eorum et aliorū motus quos ptholome⁹ ibi posuit et causa quā audiuisti et ꝑ modum quē alibi didicisti. R̄ndeo in hoc et dico quia qui hanc diuersitatē motuum posuerunt in motibus planetarū et circulorum posuerūt similiter multas diuersitates in stellis fixis et posuerūt motū ante et retro in capite arietis in capite libre. Si vero totam aiam istam ponāt in celo mobili p̄mo ponet igr̄ inferiores inaniatos Unde igr̄ eis motus. Si aūt posuerit eam totā in vnoquoqꝫ celorū mobilium. In vnoquoqꝫ igr̄ debet eē motus idem ꝛ diuersus cū isti duo motus et duas ptes anime illius que sunt idem et diuersum causas habeat atꝫ p̄ncipia sui eē. Si vero intellexerit idē et diuersū in anima velut duos respectus aut compatiōes que aie illi sunt: altera sc̄z ad idem creatoris hoc ē ad vnitatem et immutabilitatē creatoris ipsius altera v̄o ad diuersum hoc ē ad diuersitatē et imutabilitatē mundi sublimaris in quo est tanta rerū varietas ꝛ multitudo atꝫ diuersitas ꝛ diuersa cū per mot⁹ ꝛ mutatiōes tā multas ac si intēderet ipsāꝫ vnam vel vnū esse ad partē creatoris in q̄ et s̄m quā non diffurcat̄ vel diuidit̄ vel v̄tutibus vel operatiōibus ad partem v̄o mundi sublimaris diffurcat̄ atꝫ diuiditur innumer̄. v̄tutibus ꝛ opationibus ta s̄m platonē q̄ s̄m Ar̄. et sequaces eius oēsqꝫ illos qui astrorū iudicijs crediderūt oīs enim hmōi totam diuersitatē reruꝫ generabilium ꝛ corruptibiliū omnium quoqꝫ euentuū quin mūdo sublimari fiūt a mūdo superiori siue celo fieri posuerūt ꝛ hoc ꝓpter aiam ipsius vel aias. Corpis enim per modū quo corpus ē impossibile est esse virtutem effectiuā tam nobilium tanqꝫ multiplicium operationum ꝓpter istud igr̄ idem atꝫ diuersum angulare ꝛ diffurcatā plato posuit aie isti et hoc pabolice solummō iuxta ꝯsuetudinē suam qua sicut dixi Ar̄. sequebat̄ parabolas. Iā etiam didicisti alibi quia nulla aia nobilis siue intelligens pibilis est partitiōe aut diuisione corpali nec vllomōrum ꝯgruit formas angulata aut diffurcata. Difficile aūt

intellectu videtur quia aia in corpore vno
existens opari possit in corpora remotissi-
ma et anime quidē nostre potius paciun
tur a corpibus alienis atꝫ remotis q̄ꝫ im-
pressiones in illa faciant. Qualiter igr̄ in
terris et in aquis et in aere tā multiplicia
tā q̄ꝫ nobilia opa fient per aiaꝫ illā nisi in
tellectu ꝛ volūtate. Corpus em̄ aie hmōi
siue sit vnum siue multa vt p̄dixi tibi non
est tanq̄ꝫ instrumentū fabricatōis vt actu
vel impssione vel tonsione vel aliq̄ modo
rum hmōi fiat fabricatio animaliū ꝛ ve-
getabilium. Manifestū igitur est sicut
alibi ostensum est tibi ꝙ opatio anime il
lius in ea que dixi ꝛ eoꝝ hoc est animaliū
ꝛ vegetabiliū non ē nisi spiritualis hoc est
non est nisi per et voluntatem
quēadmodū in p̄cedentibus audiuisti de
operatione creatoris qui ꝟbo omnipotē-
tissimo atꝫ imperiosissimo dixit et facta sūt
et oꝑantissima voluntate sua mādauit et
creata sunt. Accidit aūt ꝯm hanc positiōꝫ
motus celorum stellaꝝ atꝫ planetaꝝ non
operari res sublimares neqꝫ ī eas nisi q̄n
tum ad q̄ttuor elementarias et radicales
naturatas seu qualitates que sunt calidi-
tas humiditas siccitas et frigiditas. Cum
em̄ anima illa opetur per intelligentiā et
volūtatem tm̄ neqꝫ indigeat celis aut mo
tibus eorum aut stellis aut planetis vel
motibus eoꝝ omnibus illis statibus ꝛ q-
etis easdem opationes operabat in mū
do sublimari destruit igr̄ opinio hec iudi-
cis astronomie que in motib⁹ ꝛ ptendia-
torum corpm et in motuū consequentib⁹
que sunt coniunctiōes oppositiōes aspe-
ctuum figure ortusqꝫ et occasus omnino
cōsistunt et ꝑpter hoc astronomici iudi-
ces hec oia considerant et obseruāt et ex
his iudicāt dubium insup esse non potest
intelligentiā et voluntatē anime illius vl
lo modorū pendere ex p̄dictis motibus
aliogn omnium animarū in constantissi-
ma esset ac mutabilissima cum hmōi cor
porib⁹ nihil mobilius sit et figuris ꝯstella
tionum nihil in cōstantius. Amp̄. cū
anime hūane longe viciniores sint
ꝛ mutatiōib⁹ propter passibilitatē corpm
suorum ꝛ ꝑpter hoc multipliciter passibi
les per illa et non sequunt motus corpm
suorm intelligētie et volūtates earū ymo
potius ecōuerso impossibile erit ex neces
sitate vt intelligentia et voluntas anime
illius sequantur motus antedictos. Qua

re nec opationes hmōi sequuntur ipsos cū
sint per intelligentiā et voluntatē ab ani-
ma illa. Amp̄. quis diceret hoc ꝙ ipsa
figuret tri-
angulares quadratos et alios vel ꝙ ipsa
intendat in eos cum ipsa non intendente
non cogitante per motus celorū ex neces-
sitate accidant. Supuacuūꝫ em̄ esse mani-
festū est ea vel intendere vel cogitare quo
absqꝫ intentiōe et cogitatiōe nihilomin⁹
fiunt. Amp̄. ꝯm hoc faciet stationes et
retrogradationes eleuatiōes ꝛ depssiōes
ceterasqꝫ figuras omnes cōstellationū et
hoc non faciet nisi per intelligentiā et vo-
luntatem. Quare scienter turbabit ꝛ con-
fundet motus celestes per intelligentiā ꝛ
voluntatē cū eius intelligentia errare nō
possit nec eius voluntas eē nisi recta.
Amp̄. de animabus nr̄is manifestū est ꝙ
motibus suis hoc ē corporū suorum non
intendant aliquā ex figurationib⁹ supra
dictis nisi forte figuratio hmōi sit necessa
ria ad aliquā aliam operationē. Interdū
em̄ seinuicem aptāt homines in figuram
circularē quēadmodū ad choros ducēdos
vel ad hon⁹ ꝙ hꝫ figura hmōi supportā
dū. Silr̄ se aptant et in figurā parallelā vl
in figurā longitudīs tm̄ vel etiā aliā aliq̄
ꝑut necessitas operatōis quā exercere in
tendant requisierit. Triangulari vero vel
q̄dratus aut alterius figuratiōis aspect⁹
in nullo iuuare pōt operationē que est ex
intelligentia et volūtate per se et sola. Ali
oquin non eēt operatio hmōi per intelli-
gentiam et voluntatē per se. Sicut neqꝫ
opatio extendi aut edificandi de qb⁹ ma
nifestum est tibi quia licet sint p intelligē
nam siue ymaginationē ꝛ voluntatē non
sunt tamen p ea sola aut ex eis solis ymo
ex eis per instrumēta. Amp̄. quid eēt
ꝙ dicit Arl. et ꝙ etiam sensuū attestatio-
ne manifestū est de virtutibus seminū q-
rum operatiōes adeo euidentes sunt si vl
non eēnt in seminibus vel nō operarent
in eis quorum alterum esse necesse est si
anima illa quā plato dixit animā mundi.
omnia hec que generant et corrumpunt
sub spera lune videlicꝫ homines anima-
lia et vegetabilia per intelligentiā solam
ꝛ voluntatē anime illius generaret. Sup
uacue enim ꝛ inutilr̄ essent hmōi ꝟtutes
in seminib⁹ si intelligētia ꝛ voluntas aīe
mūndi per se ad hmōi ope-
ratiōes. Qꝫ si dixerit quis quia vires mo

